g
67
M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 G
36

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-4.8.67

VALEN TINI ERY-
thræi Lindauienſis libri Duo:

VNVS de Grammaticorum figuris, tam ſingulorum, quàm coniunctorum uerborum: Et de Periodis.

ALTER Περὶ τῶν τρόπων hoc eſt, de Modis, qui ſunt partim in uerbo, partim in oratione.

Cum gratia & Priuilegio Cæſareo.

ARGENTORATI APVD
Vuolfium Cephalæum.
1 5 4 9.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

STVDIOSIS
ADOLESCENTIBVS,

Carſilio, & Friderico Beyeris, clariſſimi uiri, & prudentiſſimi Iureconſulti Doctoris CARSILII *Beyeri à Bellenhofen filijs*

VALENTINVS ERYthræus, S. P. D.

QVEMADMODVM diſſerendi dicendiq́; rationis, & doctrinæ uiæ tractandi, ac exornatiões, quas Græci μεθόδυς περὶ τὰς ἐννοίας καὶ σχήματα nominant, multas magnasq́; & ad intelligendum, & ad imitandum commoditates habent: propterea quòd ſine earum obſeruatione atque annotatione in ueterum bonorumq́; autorum ſcriptis nemo uel res ipſas perſpicere & cognoſcere, de earumq́; ordine atq́; expolitione, iudicare & pronunciare, uel quid in ſcribendo etiam debeat exprimere, ſcire poteſt; ita quoq́; Gram-

maticorũ inflexiones ac immutationes, etſi ad puerilem educationem, primamq́; institutionem tantum ſpectare uidentur: tamen ſtudioſis literarum non modo ad præſtantiſſimorum cum in Latina tum in Græca lingua ſcriptorum lectionem atq; intelligentiã: ſed ad ſermonis etiã puritatẽ, orationisq́; elegantiam comparandam ſunt neceſſariæ. Vt enim is qui ignarus eſt præceptorum artis rhetoricæ, ſi Demoſthenis aut Ciceronis: Homeri, aut Vergilij operá euoluat: quamuis ſentiat in his orationem eſſe bonã & concinnam: cur autẽ talis ſit, & quib. rebus ut ſapiẽs & diſerta uideatur, ſit effectũ, nequit animaduertere, ac demõſtrare: ſic qui has de Grãmaticis figuris præceptiões nõ diligentiſſime didicit, mãdauitq́; memoriæ: tametſi loquatur, aut ſcribat mediocriter ſuo iudicio Latiné: Poetas etiã & Hiſtoricos cognoſcat: tamen non tantum nullam certã in ijs ſententiam deprehendet, & de orationis genere atq; natura recté iudicabit: uerum etiam in imitando ſcribendoq́; quid ſibi proponere & quid ſequi debeat, ignorabit. Ex quib. perſpicuũ eſt Grammaticorũ

illas

illas conformationes cum ad intelligendum iudicandumq́ꝫ: tum ad loquendũ atqꝫ ſcribendum tam utiles eſſe, quàm neceſſarias: eamqꝫ ob cauſam nõ ſemel ac obiter tantũ ab adoleſcentib. perdiſcendas: ſed etiã diligentiſſimè memoriæ mandandas eſſe. Etenim ut ſine harum obſeruatione, nulla in optimorum autorum ſcriptis ſententia, ad cuius perueſtigationem magnum momentum habent, perſpici: ita nec dialecticorum ordo uiaq́ꝫ docendi, nec oratorum illa ornandi illuſtrandiq́ꝫ ratio, quaſi peruideri atqꝫ indicari poteſt. Quamobrem cum mihi in ea Gymnaſij noſtri claſſe, in qua uos hoc tempore uerſamini, docerem ſuperioribus annis ea præcepta Grammatices, quæ de ſermonis Latini quaſi ſtructura, uerborumqꝫ conſecutione dantur, eaq́ꝫ tanquam exædificarem (Scitis enim hanc artem in lingua Latina ibi abſoluendam, eandemqꝫ in Græca inchoandam eſſe) collegi tum, primum librum transfigurationum, quæ ſunt partim in uerbis ſingulis, partim in coniunctis, ex præſtantiſſimis illius artis cum ſuperioris, tum huius ætatis, ſcriptoribus: præcipuè autem Thoma

Linacro Grammaticorum facile principe. Qui etſi præceptionum exemplorumq; rationem ac uarietatem perfectè tradidit, & eſt complexus: tamen prolixior eſt, quã ut in ſcholis ac gymnaſijs pueritiæ, primæque ætati debeat proponi, aut poßit explicari. Cognitis enim præceptis ad puram orationem comparandam deſtinatis, priuatim & domi aliquid temporis eius lectioni debet tribui. Itaq; ego eum in quibuſdã locis, quos plenè tractauit, quiq; utiles ſunt, uel potius neceſſarij ad intelligendum, & ad interpretandum, ſum ſecutus: & quantum mihi uiſum fuit, ab eo ſum mutuatus. Ordinem uero pro meo arbitratu inſtitui. Adiunxi etiam plura exempla ex Poetis, Hiſtoricis, & Cicerone omnium oratorũ eloquentiſſimo. Quibus addidi partitionum σχηματισμοὺς καὶ διατυπώσεις, hoc eſt, deſcriptiones, & tanquam figuras, quæ rem paucis uniuerſam, latè copioſeq; non quidẽ præceptionibus, ſed exemplorum numero expoſitam atque tractatam, oculis quaſi ſubijcerent, & infigerent memoriæ. Initio etiam ſimplicium uerborum configurationes, quas σχήμα

τὰ μεταπλαστικὰ nominant, explicaui: quæ & ad Græcæ Grammaticæ intelligentiam, & ad Pöetarũ μετασκευὰς id eſt, inflexiones immutationesq́; cognoſcendas plurimum conducunt. Et quoniam modificata translataq́; uerba maximè tanquam ſtellis quibuſdam notant & illuminãt orationem: & coniunctam non ſolum cum literarum ſcientia: ſed etiam cum benedicendi ratione doctrinam habent: ex illa enim ad hanc aditus quaſi patefit ſtudioſis eloquentiæ: uolui etiam ego quot modis illa transferantur, & traducantur, oſtendere. Hæc igitur omnia in duos libros congeſſi: ut adoleſcentes ea quæ ad figuras Grammaticorum pertinent, coniuncta uno in loco, ſed tamen digeſta haberẽt: neq; ipſis opus eſſet, ad multa magnaq́; cæterorũ uolumina recurrere: quorum alia non omnia complectuntur: alia uero ſparſim & in multis locis ea diſtracta, tradũt. Ac tametſi uolui in hac ſcriptione prolixitatem, quæ et memoriæ obeſt, & officit intelligentiæ uitare: tamen quoniã illa ſunt planè cognoſcenda, ſtatui ea copioſe, & ſubtiliter (ſi ſubtilitas dici debet, quæ eſt in re facili & minuta) tradere. Vt ſcholaſtici qui ex inferioribus or

dinibus

dinibus tranſierunt ad ueſtram claſſem, hæc ad illa quæ ante hac audiuerunt, coniungerent: eaq; abſoluerent. Deinde prolixitas illa, ſi quæ eſt, non præceptionum aut diuiſionũ multitudine, ſed exemplorum diuerſitate eſt comparata: quæ non obſcurant, ſed explanant: non impediunt, ſed expediunt diſcentes. Præcepta enim pauca ſunt: & ad intelligendum non difficilia. Exempla quoq; etſi plura ſunt: tamen illorum conſideratio, & uerborum eorum quæ transfigurata in ipſis ſunt indicatio, non multum temporis requirit. Vt enim in eclipſi quid abſit: ſic in enallage quid ſit immutatum breuibus per ea poteſt demonſtrari: id quod & de cæteris eſt iudicandum. Quãobrem exempla quæ librum amplificauerunt, non obſunt pueris, ſed proſunt: nõ deterrere, ſed inuitare & allicere eos ad præceptionum lectionem debent. Propterea quod non modo eas optime declarant: ſed etiam ſua, quam habent, uarietate acuunt iudicium de orationis forma, & loquendi latinè conſuetudine: & ſententiarum pulcherrimas ſecũ apportant ἰδέας & quaſi figuras. Quare ſpero

doctos

doctos ac bonos uiros de hoc meo tumultuario quidẽ labore, ſed tamẽ ut confido, nõ inutili prorſus ſtudioſis, in quorũ gratiã illa collegimus, prudenter & candidè, ut decet: non temerè ac inuidioſè, quod illiterati & uitioſi hominis eſt indicium, iudicaturos & pronunciaturos eſſe. Cæteros, ut qui nihil niſi aliena reprehendere poſſunt, & ſolent: ſua aũt uitia, & inertiã non cernunt, & intelligunt, nihil planè moror. Ac quoniã uos in hoc ordine et quaſi ſtatione, de qua dixi, collocati eſtis, ut præclariſsimarũ maximarumq; rerũ fundamenta ponatis: uolui uobis Carſili & Friderice, præ cæteris hos libros, quos ſuperiorib. proximis Caniculæ diebus relegi, & deſcripſi, dedicare, atq; commendare, cum ob alias cauſas: tum ut meam erga uos beneuolentiã publicè declararem: & ut uos cõmonerẽ, quo cogitaretis uobis per iſtã hyemem Grammaticam abſoluendam eſſe, cuius adminiculo facilius ad eas claſſes progrediemini, in quibus diſputandi & dicendi ratio explicatur, quæ non modo futuro Theologo ac Iuriſconſulto: ſed Medico quoq; magnum adfert adiumentum.

tum. Si igitur eò quò uultis, peruenire cupitis: ſi laudabilem doctrinam conſequi uultis, ut ſperamus, & ut decet: ſi literati eruditiq; haberi cupitis, pergetis in hoc literarum ſtudiorumq; humanitatis, & doctrinæ curriculo: & eo ordine, qui à præſtantiſsimis uiris utiliter demõſtratus eſt, atq; præſcriptus, diſcetis. Scitis enim conſilio & prudentia clariſsimi et doctiſsimi uiri IOANNIS *Sturmij, Gymnaſij noſtri* Rectoris, *hanc ſcholam ſic inſtitutam eſſe: ut in inferioribus claſsibus, ac quaſi tribubus prima orationis uirtus, quæ* καθαρότης*, ideſt, puritas dicitur, præclara firmaq; iaciantur fundamenta: in ueſtra autem claſſe, hoc eſt, quarta, plenà perfectáque comparetur, & principium ſumatur elegantiæ & perſpicuitatis* τῆς εὐκρινείας*: quæ duo quibus rebus acquirantur, partim ex* Georgio Hiẓlero *præceptore ueſtro quotidie auditis: partim inſequentibus annis percipietis. Et quanquã uideo uos pleno gradu ingreſſos in hoc curriculum, ut mea cohortatione incitandi eſſe non uideamini: tamen ad uos præcipue hos libros mittere uolui: ut cum uos, tum ueſtros*

con-

cõdiſcipulos admonerẽ, hæc præcepta Grãmatices diligẽter à uobis cognoſcẽda eſſe. Habetis.n. à Deo & ipſa natura egregia ingenia, quæ in hac ætate præceptis, multisq; literis ad humanitatẽ informãda ſunt. Ac uos ad uehemẽs optimarũ artiũ ſtudiũ inuitare & allicere inprimis debet exẽplũ domeſticũ, parẽtis ueſtri, uiri clariſsimi abſolutiſsimũ doctrinæ ac eloquentiæ, qui hanc uirtutis ac eruditionis laudẽ ac dignitatẽ aſſecutus non eſſet: niſi literarum ſcientia, aliarumq; rerũ maximarũ cognitione ab ineunte ætate ad reipub. adminiſtrationẽ ſe præparauiſſet. Huius igitur amor & charitas erga uos mirifica ad diligentiam, quam ipſe flagitat, & quam requirunt præceptores, quorum uoluntati decet obtemperare, uos exuſcitet: ut aliquando rebuspub. emolumento, parenti uero uoluptati: ac ueſtræ familiæ, uobisq; ornamento eſſe poſsitis. Bene Valete, Argentorati M. D. XLIX. Pridie Calendas Septembris.

CAPITA
LIBRI PRIMI.

1. *De conformationibus uerborū ſimplicium.*
2. Διάγραμμα τῆς τῶν σχημάτων διαιρέσεως.
3. Σχήματα λέξεως, ἢ περὶ τῶν μεταπλασμῶν ὀρθογραφικῶν, καὶ πλεονασμικῶν.
4. Πρόσθεσις.
5. Ἀναδίπλωσις, ἢ ἐπαναδίπλωσις.
6. Ἐπένθεσις, Παρένθεσις.
7. Διπλασιασμός.
8. Ἐπέκτασις.
9. Παραγωγή.
10. Σχήματα ἐλαττωτικά, Ἀφαίρεσις.
11. Ἆρσις.
12. Ἔλλειψις.
13. Παρέλλειψις.
14. Ἔκθλιψις.
15. Συγκοπή.
16. Ἀποκοπή.
17. Σχήματα ποιοτικά. Μετάθεσις.
18. Ἀντίθεσις.
19. Σχήματα Προσῳδικά. Διαίρεσις.
20. Ἐπισυναλοιφή.
21. Σχήματα τοῦ χρόνου. Διαστολή.
22. Συστολή.
23. Σχήματα ἀναγνωστικά. Συναλοιφή.

Ἔκθλιψις.

24. Ἔκθλιψις.
25. *De metaplaſmis Ciceronis locus ex Oratore perfecto.*
26. *DE Figuris collocatorum uerborum, & de conſtructione figurata.*
27. *Adiunctio* ζεῦγμα.
28. *Comprehenſio* Σύλληψις.
29. *Aſſumptio partium* Πρόληψις.
30. *DEFECTVS* Ἔλλειψις *Nominum ſubſtantiuorum & adiectiuorum.*
31. *Verborum.*
32. *Participiorum, & de Appoſitione.*
33. *Præpoſitionum.*
34. *Aduerbiorum.*
35. *Coniunctionum.*
36. Ἀποσιώπησις.
37. Σχήματα πλεονασμικά. Πλεονασμός.
38. *Nominum.*
39. *Pronominum.*
40. *Verborum.*
41. *Participiorum.*
42. *Præpoſitionum.*
43. *Aduerbiorum.*
44. *Coniunctionum* — Παρέλκον.
45. Σχήματα ποιοτικά. Ἐναλλαγή.
46. *Antimeria: qua flexibilis pars una pro altera collocatur.*

Declina

47. *Declinabilis pro indeclinabili.*
48. *Indeclinabilis pro flexibili.*
49. *Inflexilis, pro indeclinabili.*
50. *De altera enallages parte quæ dicitur* ἑτέρωσις.
51. *Heteroſis ſpecierum nominis.*
52. *Pronominis.*
53. *Verbi.*
54. *Participij.*
55. *Aduerbiorum.*
56. *Coniunctionum.*
57. *Præpoſitionum.* Παραλλαγὴ τῶν προθέσεων.
58. Εναλλαγὴ τ̃ πτώσεων, *quæ & ἀντίπτωσις.*
59. *Enallage generum.*
60. *Heteroſis numerorum.*
61. *De Syntheſi.*
62. *Synecdoche.*
63. *Perſonarum commutatio, & de Euocatione.*
64. *Immutatio Modorum.*
65. *Heteroſis temporum.*
66. *De non conſequente, quod* ἀνακόλουθον *dicitur.*
67. *Mixtio figurarum.*
68. *De ijs figuris, quæ ordinis commutationem habent: dicuntur* q; σχήματα τακτικά.
69. Αναστροφή.

Διά

70. Διάλυσις ἢ παρένθεσις, & ἐπιμβολή.
71. Ἐπανάληψις.
72. Διακοπὴ ἢ τμῆσις, quæ & μετατύπωσις.
73. Σύγχυσις
74. Ὑπερολογία.
75. Ὕστερον πρότερον.
76. Ὑπαλλαγή.
77. De ordine atq; collocatione ſingulorum uerborum grammatica: & de regimine.
78. De continuatione ſiue compoſitione orationis, & primum de Inciſis.
79. De membris.
80. De Periodis.
81. De ratione diſtinguendi.

CAPITA LIbri Secundi.

1. Quæ dicantur uerba modificata, & quid modi.
3. De Translatione μεταφορᾶ,
4. Imago εἰκὼν, ἢ εἰκασμὸς.
5. Traductio & immutatio μετωνυμία ἢ ὑπαλλαγή.
6. Metalepſis Tranſumptio.
7. Intellectio συνεκδοχή.
8. Pronominatio ἀντονομασία.
9. Addita ad nomen ἐπίθετα.

Inmino

10. *Imminutio* ὑποκορισμός.
11. *Nominatio* ὀνοματοποιΐα.
12. *Abuſio* κατάχρησις.
13. Ἀλληγορία.
14. Αἴνιγμα.
15. *Prouerbium* Παροιμία.
16. Εἰρωνεία.
17. *Antiphraſis*.
18. Παράγραμμα
19. *Circuitio* περίφρασις.
20. *Superlatio* ὑπερβολή.
21. *De Vitijs orationis*.
22. *Barbarum.*
23. *Genera obſcuri.*
24. *Inornatum & incomptum*.

VALENTINI ERYTHRAEI DE GRAMMATIcorum figuris tam ſingulorum, quam coniunctorum uerborum, liber unus.

Ac primum de

Conformationibus ſimplicium.

DVO SVNT APVD Grammaticos figurarũ, quas Græci communi nomine σχήματα appellant, genera: unum uerborum ſingulorum, alterum cõſtructorũ ſiue collocatorũ. Superioris generis quaſi configurationes πάθη τῶν λέξεων dicuntur: & in uerſu atq; carmine μεταπλασμοὶ ποιητικοὶ: in oratione uero ſoluta, βαρβαρισμοὶ ſolent nominari. Nam tametſi Poëtis, quorum compoſitio numeris τοῖς ῥυθμοῖς ita cõcinnata eſt, ut μέτρα ſint, quæ uerſus dicuntur, his, ſi decenter, & cũ eſt opus, illas adhibeant, in magno opere uti licet: tamen ab oratoribus quorum oratio numerorum illi neceſsitati non eſt alligata & aſtricta: ſed compoſita ſolutis hac lege uerbis fertur libera, quam proſam πεζὸν λόγον uocãt, num

quam, aut raro, ſi in reprehenſionē nolint incurrere debent uſurpari. Poſterioris autem generis σχήματα λόγου, καὶ συντακτικά nuncupantur. Pertinent enim ad locutionum ac ſententiarum τῶν φράσεων καὶ ἐννοιῶν ἢ τῶν νοημάτων formas ac quaſi figuras: ſpectanturq́; in orationis uerborumq́; continuatione & contextu. De quibus figuris omnibus, quoniam magna earum eſt utilitas, nobis hoc in libro erit explicandum. Ac primum quidem de ijs quibus ſingula uerba quodammodo afficiuntur ac ueluti tranſformantur, dicemus. Quæ idcirco μεταπλασμοὶ ſunt appellatæ, quod uocabula ſimplicia quaſi tranſforment, atq; immutēt. Eſt enim μεταπλασμὸς ſiue tranſformatio ſingulorū uerborum figura contra uulgarem & cōmunem loquendi & ſcribendi rationem ac modum, in literis ſyllabisúe, aut tempore & quantitate earum, neceſſitatis, aut ornatus etiam gratia in carmine reperta atq; uſurpata. Non enim temere & caſu, ſed certis de cauſis eiuſmodi immutationes μετασκευαὶ ſunt ab optimis poëtis excogitatæ & inuentæ. Sunt autē earum uiginti duæ: quarum alia etiam eſt diuiſio & diſtinctio, quam in ſubiecta tabula deſcriptam, & ob oculos poſitā, reperies.

Διάγραμμα

ΔΙΑΓΡΑΜΜΑ τῆς τῶν σχημάτων γραμματικῶν διαιρέσεως.

- σχήματα γραμματικὰ. i. *figuræ Grammaticorũ, uel ſunt uerborum*
  - *Singulorũ* τῶν λέξεων: *quarũ aliæ dicũtur* σχήματα
    - Ὀρθογραφικὰ *quæ diuiduntur in duo capita γενικῶτατα, τὰ κεφάλαια: ſ. τὸ*
      - Ποσὸν *in quantitatem*
      - ποιὸν *in qualitatẽ. Huc pertinent*
        - μετάθεσις
        - ἀντίθεσις.
    - Προσῳδικὰ *quæ in dimenſione carminum adhibentur. In quib. etiam conſiderantur:*
      - ποσότης.
        - πλεονασμὸς
          - συλλαβῆς διαίρεσις
          - χρόνου: ἔκτασις.
        - ἔνδεια.
          - συλλαβῆς: συναλοιφή.
          - χρόνου: Συστολή.
      - ποιότης. *Ad quam referuntur*
        - Συναλοιφή.
        - ἔκθλιψις.
  - *Coniunctorum* τῶν φράσεων. *Et* σχήματα λόγου καὶ συντάξεως *nuncupantur.*

FIGVRAE

* In quantitate ſpectatur.

- Πλεονασμὸς ἢ πλεοναστότης στοιχείου ἢ στοιχείων. Et uocatur προσθήκη adiectio in uerbi aut
  - Principio κατ' ἀρχὴν ἢ
    - στοιχείου literae, πρόσθεσις
    - συλλαβῆς — ἀναδίπλωσις,
  - Medio κατὰ μέσον: & ἐπένθεσις dicitur, quae eſt uel
    - στοιχείου
      - φωνήεντος uocalis, παρένθεσις
      - συμφώνου conſonantis
        - Eiuſdem αὐτοῦ, διπλασιασμός
        - Diuerſae ἄλλου Γατρίου. ῥίμπλωσις
    - συλλαβῆς — Ἐπέκτασις.
  - Fine κατὰ τὸ τέλος — Παραγωγή.
- ἔνδεια καὶ ἐλάττωσις στοιχείου ἢ στοιχείων. Haec abiectio ἀποβολή, fit etiam uel
  - κατ' ἀρχὴν, ἢ
    - στοιχείου — Ἀφαίρεσις.
    - συλλαβῆς — ἄρσις.
  - κατὰ μέσον, ἢ
    - στοιχείου
      - φωνήεντος — ἔλλειψις
      - συμφώνου
        - αὐτοῦ — Παρέλλειψις
        - ἑτέρου — ἔκθλιψις
    - συλλαβῆς — Συγκοπή.
  - κατὰ τὸ τέλος — Ἀποκοπή.

σχήματα

σχήματα τῆς λέξεως, *Hoc eſt, figuræ ſingulorum uerborum. Et primum de Metaplaſmis* τῆς ὀρθογραφίας, καὶ τοῦ ποσοῦ καὶ πλεονασμοῦ.

Græci adiectionem literæ uel ſyllabæ in principio uerbi factam, generali uocabulo προσθήκην *nominant. Eamq́ eſſe dicunt* πλεονασμὸν καὶ περισσότητα στοιχείου, ἢ συλλαβῆς κατ᾽ ἀρχὴν τῆς λέξεως. *Duæ.n eius ſunt formæ:* πρόσθεσις καὶ ἀναδίπλωσις. *Quarum illa literam, hæc ſyllabam dictionis initio adiungit.*

ΠΡΟΣΘΕΣΙΣ.

Eſt igitur πρόσθεσις *literæ ad caput ipſius uerbi appoſitio, & adiunctio.* ἔστι προσθήκη στοιχείου κατ᾽ ἀρχὴν τῆς συλλαβῆς· ἤ, ὅταν ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου ἔξωθεν ἴδιον παραληφθῇ στοιχεῖον.

I. Conſonantis.

Verg. Aeneid. I.

Oſcula libauit gnatæ, dehinc talia fatur.

Plaut. in Aſin.

Aduorſum tortores acerrimos, gnarosq́ noſtri tergi.

Cic. pro lege Manil.

Homines gnaui, & induſtrij in Aſia negociantur.

II. Vocalis conſtituentis ſyllabam.

Hom. Iliad. β.

Φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὤμω. *pro* ἦν.

Idem lib. eodem.

ὄντ' αὐτὸς ἀπονόσφι κατίσχεαι, οὐ μὲν ἔοικεν,

ἀρχὸν ἐόντα, κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν.

Heſiod. ἐν ἔργοις.

Ἔφραδ' ὥς οἱ ἔειπε Προμηθεὺς μή ποτε δῶρον. *Eſt* ἔειπε πρόσθεσις *Ionica.*

III. Vocalis non facientis ſyllabam.

Heſiod. ibidem.

οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος· ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν

εἰσὶ δύω, *pro* μόνον.

Hom. Il. α.

Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν, ὀλέκοντο δὲ λαοί, *pro* νόσον.

Ibidem.

Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω, *pro* ἴσω.

Sed ſunt, qui ad παρένθεσιν, *de qua poſtea, refe-runt. Poteſt tamen* πρόσθεσις *eſſe: propterea quod primæ ſyllabæ uocalis accedit ſubiunctiua: ut ſcribit Ioan. Grammaticus in dialecto Ionica.*

Ἀναδίπλωσις: *Geminatio.*

Geminatio eſt primarum, aut ſecundarum ſyllabarum per eaſdem conſonantes, aut earum cognatas repetitio. ἔστιν ἡ τῶν πρώτων, ἢ δευτέρων συλλαβῶν διὰ τῶν αὐτῶν συμφώνων, ἢ ἀντιστοίχων ἐπάλληλος ἐκφορά. *Grammatici etiam* ἀναδιπλασιασμὸν *uocãt: atq;*

atq; ad hunc modum definiunt: ἀναδιπλασιασμός ἐστι μιᾶς συλλαβῆς παράληψις μετὰ τοῦ συμφώνου, ἢ ἀντιστοίχου.

Hom. Iliad. γ.

Φαίην κεν φρέν' ἀτέρπου ὀιζύος ἐκλελαθέσθαι.

Οδυσ. δ.

Κὰδ δ' ἔβαλε κρατερῶς κεχάροιντο δὲ πάντες Ἀχαιοί.

Ibidem.

Τὸν ἄπως σὺ δύναιο λοχησάμενος λελαβέσθαι.

Οδυσ. σ.

Ἀντίνοος δ' ἐνένιπεν.

Secundæ ſyllabæ.

Iliad. ᾱ.

τῇ σ' ὀΐω κατανεῦσαι ἐτήτυμον, ὡς Ἀχιλῆα τιμήσῃς.

Heſiod.

Ἐν ἔργοις.

— Ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην. *Aliqui tamen* ἐπένθεσιν *eſſe uolunt.*

Quod & Latini Poëtæ ſunt imitati.

Terent. in And.

Pol ſi hoc ſciſsem, nunquam huc tetuliſſem pedem. pro tuliſſem.

Verg Aen. 12.

— Adiuro Stygij caput implacabile fontis. pro iuro. Idem.

Conciti tetuli gradum, pro tuli.

Ἐπένθεσις.

Ἐπένθεσις eſt literæ uel ſyllabæ in medio uerbi, hoc eſt, inter primam & ultimam ſyllabam adiectio ac interpoſitio. ἔστι πλεονασμὸς ἢ περιττότης στοιχείου ἢ συλλαβῆς κατὰ μέσον τῆς λέξεως.

Ἐπένθεσις eſt interiectio uel
- Literæ
  - Vocalis — παρένθεσις.
  - Cōſonantis.
    - Eiuſdem — διπλασιασμός.
    - Diuerſæ — παρέμπτωσις.
- Syllabæ — Ἐπέκτασις.

Παρένθεσις.

Παρένθεσις eſt uocalis non conſtituentis ſyllabam in medio dictionis adiectio. ἔστι προσθήκη φωνήεντος κατὰ μέσον οὐ ποιοῦντος συλλαβήν.

Iliad. α.

τίπτ' αὖτ' αἰγιόχοιο Διὸς τέκος εἰλήλουθας, pro ἐλήλυθας producta prima & penultima ἔθει ἰωνικῷ.

Ibidem.

χερσὶ μὲν οὔτι ἔγωγε μαχήσομαι εἵνεκα κούρης. pro ἕνεκα.

Iliad β.

Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα. pro μόνος.

Et: ξεῖνος ὅδ' οὐκ ἔθελε. Quæ quanquam Ioan. Grammatico κατὰ πρόσθεσιν facta eſſe uideantur: tamen Tryphon uult eſſe παρένθεσιν.

Διπλασιασμὸs.

Διπλασιασμὸs eſt eiuſdem conſonantis non abſoluentis ſyllabam in medio dictionis adiunctio atq; geminatio· ἔστι τοῦ αὐτοῦ συμφώνου προσθήκη κατὰ μέσον οὐκ ἀποτελοῦντος συλλαβήν.

Verg· Georg. 1.

–Riuos deducere nulla Relligio potuit –

Idem Aeneid.1·

–Iactatos æquore toto Troas: relliquias Danaum atq; immitis Achilli.

Ouid 1 Epiſt. Heroid.

Rettulit & ferro Rheſum, Dolonaq; cæſos·

Iuuenal.

Rara auis in terris, nigroq; ſimillima cygno·

Hom. Iliad, α

Φηρσὶν ὀρεσκώοισι, καὶ ἐκπάγλως ἀπόλεσσαν.

Ibidem·

ὃς ᾔδη τάτ᾽ ἐόντα, τάτ᾽ ἐσσόμενα, πρότ᾽ ἐόντα.

Iliad. β

Θώρηκας ῥήξειν δηΐων ἀμφὶ στήθεσσι· pro στήθεσι.

Οδυσσ. α.

Ανδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ

Πλάγχθη ἐπεὶ τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε·

Heſiod: ἐν ἔργοις.

Δεῦτε δ᾽ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ᾽ ὑμνείουσαι.

Idem lib. eodem.

Exempla τῆς προσπαραλήψεως.

Hom. iliad. β:

τῶν δ' αὖθ' ἡγεμόνευ' ἦος πετεῶο μενεσθεύς.

Οδυσ. γ.

Οἱ δ' ἄλλοι μένετ' αὐτοῦ ἀολλέες, εἴπατε δ' ἔσω δμωῇσι.

Τοῦ προσχηματισμοῦ.

Theoc: ἐν νομεῦσι.

καί πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει.

Heſ. ἐν ἔργοις.

— ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθεῖν
Κρείσσων ἐς τὰ δίκαια.

Idem ἐν ἀσπίδι.

Ὑσμίνη τραχεῖα, σὺ δ' ὡς πάρος ἦσθα δαΐφρων.

Hom. iliad β.

ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον.

Perſius.

At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt.

Verg.

Et Venulus dicto parens ita farier infit.

Idem.

Quod fieri ferro liquidoq; poteſtur electro.
Et, Magicas me inuitam accingier artes.

Item.

Sin maculæ incipient rubro immiſcier igni.

ΣΧΗΜΑΤΑ ἐλαττωτικά.

Hæ ſunt figuræ πλεοναστικαὶ, in quibus litera uel

uel ſyllaba ſupereſt atq; redundat: ſunt autem totidem numero, in quibus aliquid deeſt, & abijcitur, quæ ſuperioribus oppoſitæ ſunt, & contraria.

Ἀντίκειται δὲ τῇ
προσθέσει
ἀναδιπλώσει
παρενθέσει
διπλασιασμῷ
παρεμπτώσει
ἐπεκτάσει
παραγωγῇ

ἢ

ἀφαίρεσις
ἄρσις
ἔλλειψις
παρέλλειψις
ἔκθλιψις
συγκοπή
ἀποκοπή.

Abiectio literæ uel ſyllabæ in uerbi initio facta cõmuni nomine ἔνδεια *dicitur. Quam ita Græci definiendo explicant:* ἔνδειά ἐστι ἐλάττωσις καὶ ἀποβολὴ στοιχείου ἢ στοιχείων καὶ συλλαβῆς τῆς λέξεως. *Eſt defectus & abiectio literæ uel ſyllabæ è dictione.*

Literæ στοιχείου.

Hanc ἀφαίρεσιν *uocant: quæ eſt literæ in principio uocabuli amputatio & ablatio. Græci Grammatici generali uoce etiam* ἔνδειαν *appellant. Itaq;* ἔνδειαν *dicunt eſſe* ἀφαίρεσιν κατ᾽ ἀρχὴν στοιχείου, *uel* ἀφαίρεσιν *aiunt* ἔνδειαν εἶναι κατ᾽ ἀρχὴν, *uel* τοῦ κειμένου στοιχείου ἀποβολήν.

Verg. Aen. 2.

—Dabit ille ruinas
Arboribus ſtragemq́; ſatis, ruet omnia latè.
pro eruet.

Plautus

Plautus.

Neq́; ullum unum uerbum mittit: pro emittit.

Homerus iliad. α

Κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν. *pro* ἐκεῖνοι

Ibidem.

βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Iliad β.

Φῆ γὰρ ὅγ' αἱρήσειν πριάμου πόλιν ἤματι κείνῳ.
Νήπιος—

Heſ. ἐν ἔργοις.

Θῆκε δέ μιν κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων.

Idem ἐν ἀσπίδι.

Θήβῃ ἐν ἑπταπύλῳ διδυμάονε γείνατο παῖδε.

SYLLABAE.

Hæc dicitur ἄρσις: *eſtq́; geminatæ ſyllabæ de principio uocabuli ſublatio.* ἔστι ἀποβολὴ κατ' ἀρχὴν τῆς ἀναδιπλωμένης συλλαβῆς.

Hom. Iliad. δ.

βλήμενος ἢ ἰῷ, ἢ ἔγχει ὀξυόεντι. *pro* βεβλημένος.

Iliad β.

ἧατ' ἐν μεγάροις ποτὶ δέγμεναι. *pro* δεδεγμέναι.

Nam poſt illam τοῦ ἀναδιπλασιασμοῦ *reiectionē: retrahitur accentus penultima breui in ſyllabā antepenultimam.*

Iliad. ψ.

ἀρηϊκταμένῳ δεδαϊγμένῳ ὀξέϊ χαλκῷ.

Verg.

Verglius Aen: 1.

Pone metum Cytherea manent immota tuorum
Fata tibi. & *c pro depone.*

Et in 6.

Diſcite iuſtitiã moniti & nõ temnere diuos. pro contemnere. *Idem lib. 12.*

Ora citatorum dextra contorſit equorum, pro concitatorum. *Horat.*

– Et cætera ludicra pono. pro depono.

Plautus.

Quid ſpicis. pro conſpicis.

Ἔλλειψις.

Ἔλλειψις *eſt uocalis quæ nullam ſyllabam conficit è medio dictionis abiectio.* ἔστιν ἀποβολὴ φωνήεντος κατὰ μέσον ὂν ποιοῦντος συλλαβήν. *Alio nomine etiam* ὑπεξαίρεσις *dicitur.*

Iliad. α.

Ἐλθὼν σὺν πλεόνεσι, τό οἱ καὶ ῥίγιον ἔσαι. *pro* πλεόνεσσι.
Et: οἴκαδ' ἰὼν σὺν νηυσὶ τεῇς, καὶ σοῖς ἑτάροισι. *pro* ἑταίροισι.

Παρέλλειψις.

Παρέλλειψις *eſt, quoties conſonans aliqua ex ijs quæ geminantur, eliditur.* παρὰ τὸ παραλείπειν, *quod præterire & relinquere ſignificat. Grammatici dicunt:* παρέλλειψις, ἐστὶν ὅταν ἕν τι τῶν διπλασιαζομένων συμφώνων παραλείπηται.

Iliad.

Iliad. ᾱ.

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος· ἀναγνωστέον γὰρ δι' ἑνὸς λ, διὰ τὸ μέτρον.

Ἔκθλιψις.

Eſt abiectio unius conſonantis quæ nullam facit ſyllabam inter primam & ultimam ſyllabã facta. ἔκθλιψις, ἐστὶν ἀποβολὴ ἑνὸς συμφώνου οὐ ποιοῦντος συλλαβὴν, ἐντὸς τῆς πρώτης καὶ τελευταίας συλλαβῆς.

Pindarus

ὀλυμπίων ἀέθλ' πρῶτα, ἐν τῇ ἀντιστροφῇ.
Θεμιστεῖον ὃσ ἀμφέπει
Σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν
Κορυφὰς ἀρετᾶν ἀπὸ πασᾶν:
ἀντὶ τοῦ σκῆπτρον.

Συγκοπή *Conciſio.*

Grammatici συγκοπὴν *generatim uocant: quoties è medio aliquid excinditur, ſiue litera, ſiue ſyllaba. Litera, ut in ſuperioribus formis eſt dictum:* ὅταν μέσα στοιχεῖα ὀνόμασι ἐγκοπῇ *Quod ſi uero exteratur ſyllaba, ſpeciatim eodem appellatur nomine, hoc eſt: uocalis facientis ſyllabã aut diphthõgi alteriuſue ſyllabæ è medio uerbi abiectio*

Hom. iliad. ᾱ.

Κάππεσον ἐν λήμνῳ ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν *pro* κατέπεσον.

Ibidem

Ibidem.

οἱ μὲν κακκάοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος· *pro* κατακαίοντες.

Iliad. δ:

ἣ, μέγ᾽ ἰάχουσα, ἀπὸ ἕο κάββαλεν υἱόν, *pro* κατέβαλεν.

Vocalis conſtituentis ſyllabam.

Verg. Aen. 1.

– Manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis, ſpretæq́; iniuria formæ.

Idem 2.

Ipſe uiro primus manicas, atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamus, dictisq́; ita fatur amicis.
Et mox: Suſtulit exutas uinclis ad ſydera pal mas.

Idem.

Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus.

Idem.3.

Rurſus ad oraclũ Ortygiæ Phœbũq́; remenſo,
Hortatur pater ire mari –

Syllabæ.

Idem Verg. Aen. 1

Vos & Scyllæam rebiem penitusq́; ſonantes,
Acceſtis ſcopulos –

Et 4.

Extinxti te meq́; ſoror populumq́; pareſq́.

Item 8.

Cingite frõde comas & pocula porgitę dextris.

QVOT MODIS SYNcope fiat apud Græcos.

Συγκοπὴ apud Græcos tribus modis fit. Aut enim

- Integra ſyllaba eliditur κοινῶς: ut δάσκιος pro δασύσκιος. ὄπυχας, pro ὁμόπυχας
- Vocalis ſola euellitur αἰολικῶς. Et tūc conſonans aut
  - Eadem manet immutata. φέρετε, φέρτε, τίποτε, τίπτε.
  - Inſequentē uertitur.
    - ut fit in compoſitis cū præpoſitione κατά: in quibus uel
      - Extrema uocalis α excinditur, mutaturq́ τ in conſonantem ſequentem, aut
      - Integra ſyllaba eliditur: ſi ſcilicet duæ ſequantur conſonantes. κατάκτανε, κάκτανε. κατέσχετε, κάσχετε. Vbi ſi altera illarum immutabilis ſit: rurſus in ſequentem conſonantem uertitur. καταδραθέτην, καδδραθέτην.
- Duæ excinduntur ſyllabæ ἰωνικῶς, καὶ αἰολικῶς: Δευκαλιωνίδης, Δευκαλίδης. ὑπερονίδης ὑπερίδης

ὑπεργέα

Ενεργειας—κακόμορος, κάμμορος. κατέβαλεν, κάββαλεν. κατέπιεν, κάππιεν.

Δωάμι. Si forte aſpirata exiſtat. Tum enim τ in eam nullo modo mutari poteſt. Nulla enim apud Græcos ſyllaba in aſpiratam deſinit. Itaq; in eius locum propria tenuis κατ᾽ ἀντίστοιχον ſubſtituitur. κατάθανεν, κάτθανεν, καταφάλαρα, καπφάλαρα, καταχεῦαι, καχχεῦαι.

ΑΠΟΚΟΠΗ.

Αποκοπὴν abſciſionem Græci dicunt eſſe ἀφαίρεσιν συλλαβῆς κατὰ τὸ τέλος .i. ablationem atq; abiectionem literæ uel ſyllabæ à fine dictionis.

Literæ.

Verg. Aeg. 1.

Nec ſpes libertattis erat, nec cura peculi.
Sed tamen etiam συναίρεσις eſſe poteſt, ut nonnulli exiſtimant.

Idem Aen. 1.

Troas relliquias Danaum atq; immitis Achilli.
pro Achillis. Etſi autem aliqui arbitrantur eſſe genitiuum, à nominatiuo Achilleus ei: & per συναίρεσιν Achillei: tamen uidetur per ἀποκοπὴν abiectam eſſe literam s frequentatam, ad euitandam κακοφωνίαν, quæ fit ſibilo.
Item. —Teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. pro aſpectui.

Et:

Nanq; alij uictu inuigilant pro uictui.

Syllabæ.

Ouid.

Adfuit & ſertis tempora uinctus Hymen.
pro Hymeneus.

Hom. Iliad α

καὶ τότ᾽ ἔπειτά τοι εἶμι Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ. *pro* δῶμα.

Idem.

ἵπποι δὲ κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι.

Heſiod. ἐν θεογον.

Ναίει χρύσεια δῶ, δεινὸς θεὸς αὐτὰρ ἄερνι.

ΣΧΗΜΑΤΑ ποιοτικά.

Atq; de his quidem transformationibus, quæ

χήματα ποσοτικὰ nuncupantur, in quibus aliquid uel ſupereſt, & abundat: uel omittitur atque abijcitur, ſatis ſit expoſitum: ſequitur ut de ijs, quæ ad qualitatem referuntur, in quibus aliquid immutatur, aut tranſponitur, dicendum eſſe uideatur.

ΜΕΤΑΘΕΣΙΣ.

Μετάθεσις eſt tranſpoſitio quædam literarum in ſingulis uerbis. Ἔστι στοιχείων τῶν ὄντων ἐν αὐτῷ ὀνόματι μετακίνησις ἐκ τῆς ἰδίας τάξεως ἐφ᾽ ἑτέρας. uocatur & ἐνάλλαξις καὶ ὑπέρθεσις.

Verg. Aen 10.

Nam tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis. pro Tymber.

Hom. Iliad α.

οἰνοβαρὲς κυνὸς ὄμματ᾽ ἔχων, κραδίην δ᾽ ἐλάφοιο pro τὴν δὲ καρδίαν ἐλάφου. Idem.

Κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν.

Κάρτιστοι μὲν ἔσαν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο.

Item.

Αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί. pro δόρυι.

Et: τῶν νῦν μιν μνήσασα παρέζεο, καὶ λάβε γούνων. pro γονάτων. Heſ. ἐν ἀσπίδι:

ἔτμαγεν σάκεος. τὸ δὲ τέτρατον ἤλασε μηρόν. &c.

Huius ſpecies eſt ὑπερβιβασμὸς literarum tranſultatio. ut δρίφος pro δίφρος. Eſt enim trium illa literarum: quarum prima in medio, altera in poſtremo, ultima in primo loco ponitur.

ANTIΘΕΣΙΣ.

Hanc configurationem Græci alijs nominibus appellant. Nam & μεταβολὴν καὶ τροπὴν generatim: & μετάληψιν ἢ ἀντίστοιχον ſiue ἀντιστοιχίαν ſpeciatim uocant. Eſt enim literæ pro litera poſitio atq; collocatio. ἔστι στοιχείου ἀντὶ τοῦ στοιχείου θέσις ἢ μετάληψις, ἢ στοιχείου μετακίνησις. Nam apud Græcos στοιχεῖον literam ſignificat. Et ἀντίστοιχα dicuntur literæ, quæ ſimilitudinem quandam inter ſe, & quaſi cognationem habent. Etenim una harum in alteram tranſit, & commigrat. Eamq; ob cauſam ἀντίστοιχα καὶ σύζυγα γράμματα dicuntur.

Verg. Aen. 1.

Olli ſubridens hominum ſator atq; Deorum,
pro illi. Et, 12.
Olli ſedato reſpondet corde Latinus. Idem.
Venit & Vpilio, pro Opilio.

Pindarus Pythiorum 4.

φῆρ δέ με θεῖος ἰάσονα κικλήσκων προσηύδα. Nã Græci φῆρας Centauros dictos uolunt. i. feros, quaſi θῆρας. Hom. Il. α.

κάρτιστοι μὲν ἔσαν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο. Hac tranſformatione apud Græcos Poëtas nulla crebrior eſt atq; uſitatior.

ΣΧΗΜΑΤΑ Προσῳδικά.

Sequuntur σχήματα προσῳδικά, quæ in uerſuum & carminum ſcanſione, ſiue dimenſione adhiberi ſolent.

ſolent. Habent autem eandem cum illis. quæ ὀρθο-γραφίαν immutant & quaſi transformant, diuiſionem. Sed & ea ſupra in σχηματισμῷ à nobis eſt præſcripta, & propoſita.

Διαίρεσις, Diuiſio.

Διαίρεσις diuiſio, eſt unius ſyllabæ, hoc eſt, diphthōgi in duas ſyllabas diductio atq; diſtractio. ἔστιν συλλαβῆς μακρᾶς ἀνάλυσις ἢ διάστασις εἰς δύο. Hanc diſſolutionem διάλυσιν etiam uocant, ἀπὸ τοῦ διαλύειν, à diſſoluendo: quòd ſyllabam unam in duas reſoluat.

Verg. Aen. 3.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Item 6. Aethereum ſenſum atq; auraï ſimplicis ignis. Idem 7.

Exultantq; æſtu latices furit intus aquaï.

Et in 9.

Diues equum diues pictaï ueſtis & auri.

Martialis. 11.

Attonitusq; legis terraï frugiferaï.

Ouidius.

Debuerantq; fuſos euoluïſſe ſuos

Idem in Faſt.

Poſthumio Lenas proſoluëre mihi.

Et ad Liuiam:

Vita data eſt, utenda data eſt ſine fœnore nobis

Mutua, nec certa perſoluenda die.

Tibullus 1. El. 7.

Stamine non ulli diſſoluênda Deo.

Catullus.

Condita cum ueri pectoris euoluânt.

Statius.

Imò agite & poſitis, quas non inopina ſuâſit.

Lucanus 2. Pharſaliæ.

Fundit ab extremo flauos aquilone Suêuos.

Homerus Il. α.

οὐδέ τι που ἴδμεν ξυνήϊα κείμενα πολλά. διαίρεσις καὶ ἔκτασις, *pro* ξυνά.

Ὀδυσ. δ.

καὶ τότε δὴ παρὰ θῖνα θαλάσσης εὐρυπόροιο.

εἴα *pro* ᾖα, *quod fit ab* ἀναστροφῇ τοῦ ε εἰς τὸ η, καὶ ὑπογραφῇ τοῦ ι.

Heſiod.

Ῥηΐδιον γάρ ἔπος εἰπεῖν, βόε δὸς καὶ ἅμαξαν.

Ῥηΐδιον δ' ἀπανήνασθαι — *pro* ῥᾴδιον. *per* τροπὴν ἢ ἀντίθεσιν τοῦ η ἀντὶ τοῦ α.

Contraria eſt τῇ συνιζήσει *eius|qué formis: nempe*

- συναιρέσει — εἴα *pro* ᾖα.
- κράσει — εὐρυπόροιο, εὐρυπόρου.

Ἐπισυνα-

ΕΠΙΣΥΝΑΛΟΙΦΗ Complexio.

Contractionē τὴν συναλοιφὴν ἐπίζευξιν καὶ σύνθεσιν uocant, hoc eſt, coitum atq; complexionem duarum ſyllabarum in unam. Quidam etiam συνεκφώνησιν appellant ἀπὸ τοῦ συνεκφωνεῖν, quod ſignificat ſimul enunciare. Quoniam duæ ſyllabæ per ſe, una uoce, ac uno ſpiritu pronunciantur. Græci ſic definiunt: ἡ συναλοιφὴ, ἐστὶ δύο συλλαβῶν κατὰ φωνήεντα ἕνωσις καταβολῇ τόνου.

Ea fit tribus modis:

- Θλίψις ſiue ἔκθλιψις: quæ eſt alicuius uocalis abiectio, ἀποβολὴ φωνήεντός τινος.
- Κρᾶσις. ἡ ἐστι δύο φωνηέντων συναλοιφὴ, καὶ ἢ ἀμφοτέρων ἀλλοιουμένων ἢ ἑνὸς, ut: δημοσθένεα, δημοσθένη. δημοσθένεος δημοσθένους.
- Συναίρεσις. ἐστι δὲ συναίρεσις, δύο φωνηέντων συναλοιφὴ, καὶ ἀμφοτέρων φυλαττομένων. ut νηρῇδες, pro νηρηΐδες. δημοσθένει, pro δημοσθένεϊ.

Τρόποι ἐξ τῆς συνιζήσεως.

Συνίζησις fit uel in

- Vno eodemq́; uerbo, cuius ſunt formæ
  - συναίρεσις.
  - κρᾶσις.
- Pluribus ac diuerſis. Eiusmodi τρόποι ſunt ſex.
  - δύο ἁπλοῖ ſimplices κατὰ
    - θλῖψιν ἢ ἔκθλιψιν, ἐπ᾽ ἐμέ, pro ἐπὶ ἐμέ.
    - κρᾶσιν· τἀμὰ, pro τὰ ἐμά
  - τέσσαρες σύνθετοι coniuncti. κατὰ
    - θλῖψιν καὶ κρᾶσιν. κἀγὼ. pro καὶ ἐγώ.
    - θλῖψιν καὶ συναίρεσιν. ἐμοὐποδύνῃ, pro ἐμοὶ ὑποδύνῃ.
    - θλῖψιν κρᾶσιν καὶ συναίρεσιν ἐν ταἰθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ.
    - κρᾶσιν καὶ συναίρεσιν. ὡπόλος, pro ὁ αἰπόλος.

Σημείωσις.

Eſt etiam alia contractionis forma apud Græcos: qua duo diuerſa uerba uocalibus in unũ quaſi coëunt: quorum uerborum prius eſt articulus præpoſitiuus neutrius generis, hoc eſt, τὸ, uel τὰ: poſterius aut em indifferens. Quod incipit uel

ab ε, fitq́; κρᾶσις in ου, ut τὸ ἐναντίον, τοὐναντίον. τὸ ἔνδυμα τοὔνδυμα. uel ab ᾱ, & tum iterum in α, ſed productum ἐκτεταμένον fit contractio: τὸ ἀγαθὸν. τἀγαθόν. τὸ ἅτερον δωρικῶς, θἄτερον, τροπῇ τοῦ τ εἰς τὸ θ propter ſequentem aſpiratam. In numero multitudinis ſequente, articulum τὰ, dictione incipiente uel ab α, uel ε, κρᾶσις eodem modo fit: τὰ ἀγαθὰ, τἀγαθά, τὰ ἕτερα τἄθερα, τὰ ἐμὰ, τἀμά. In quibus ſi ſequentis dictionis uocalis prima tenuis fuerit, ſuperponitur in κράσει eius nota, ſi uero aſpera, nō ſignatur.

Regulæ.

I. De ἐκθλίψει καὶ κράσει.

Quando κρᾶσις fit ex diphthongo præcedente διὰ τοῦ ι, & uocali ſequente, ἰῶτα ὑποτακτικὸν, cum inter duas uocales reperiatur, exteritur κατὰ θλίψιν, nec poſt contractionem amplius admittitur. οὐδέποτε γὰρ κρᾶσις γίνεται, τοῦ ἰῶτα μέσου ὄντος, καὶ ἐγώ, κἀγώ. Vbi ἰῶτα abiectum α & ε in α productum contracta ſunt. Sic τῷ ἐμῷ, τὠμῷ. ἐμῷ ὠκυμόρῳ, ἐμὠκυμόρῳ, χωρὶς τοῦ ι.

II. De ἐκθλίψει καὶ συναιρέσει.

Idem fit in συναλοιφῇ κατ᾽ ἔκθλιψιν καὶ συναίρεσιν. τοῦ ποδύνει ἐμοῦ ποδύνει. Nam hic ι ex οι diphthongo prius expuncto, ο & υ συναιρέσει in ου coeunt.

III. De θλίψει κράσει καὶ συναιρέσει.

Si contractio fiat ex duabus diphthongis: primum ex priore κατ᾽ ἔκθλιψιν ſubiunctiua elidenda erit:

erit: Deinde ex uocali relicta & ſequente alterius dipthōgi facienda κρᾶσις in uocalem productā, cui ἰῶτα rectè poſtea ſubſcribitur. οἱ αἰπόλοι ᾡπόλοι, τῇ αἰθιοπίᾳ, τᾀθιοπίᾳ.

IIII De κράσει & συναιρέσει

Quod ſi uero ex aliqua μονοφθόγγῳ, hoc eſt, ſimplici ac nuda uocali præcedente, & diphthongo διὰ τοῦ ἰῶτα ſequente contractionem fieri contingat: ἰῶτα quidem diphthongi, cū poſt ſe nihil, quod obſtet habeat, facta κράσει ex præcedentibus uocalibus iterum in dipthongum aſſumitur, ὁ αἰπόλος, ᾡπόλος ubi ο & α κράσει in ω contractis, ἰῶτα in diphthongo impropria συναιρέσει admittitur.

V. ἔκθλιψις καὶ συναίρεσις.

Sic ἐγῷδα ex ἐγὼ οἶδα, & ἐγῷμαι, pro ἐγὼ οἶμαι. Præpoſitiua enim diptbongi uocali ſubtracta κατ' ἔκθλιψιν, ex ω & ι ſequente ſubſcripto in ῳ fit contractio.

EXEMPLA.

Συναιρέσεως

Ouidius.

Notus amor Phedræ, nota eſt iniuria Theſei.

Verg.

Orphei Calliopea Lino formoſus Apollo.

Idem 6.

Fixerit æripidem ceruam.

Et 3.

Pellis obit totum præfulgens unguibus aureis.

Pub.

Pub. Varro, apud Quintil.

Cum te flagranti deiectum fulmine Phaeton.

κρᾶσις. *Verg.*

Seu lento fuerint alvearia uimine texta.

Tibullus.

Rure leuis uerno flores apis ingerit alueo.

Propertius.

Eoſdem habuit ſecum, quibus eſt elata capillos.

Hom. Iliad. α

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. *Nam* συνίζησει πηληιάδεω *legendum eſt: niſi malimus* συνίζησιν *eſſe* τοῦ εω *Vt in hoc uerſu eiuſdem in eodem libro:*

χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. καὶ ἐλίσσοντο πάντας Ἀχαιούς.

Eſt enim κρᾶσις: *nam pronunciandum eſt* χρυσῷ.

Exempla compoſitarum

συναλοιφῶν.

Idem.

τοὔνεκα οἱ προθέουσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι, *in quo etiam* διαίρεσις *eſt* ἰωνική.

Iliad. 3.

ἀλλ' ὅτε δὴ κἀκεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσι.

Eurip. in conſolatione ad Apollonium.

καὶ θάπτειν τέκνα, χἀτέρους αὖ κτᾶσθαι νέα.

Idem in Medea.

ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ. *Et:*

— ὡς ἔρως σ' ἠνάγκασε

πόνων ἀφύκτων τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

Idem

Idem in Andromacha.

ἐ τῶν πονούντων τοὔργον ἡγοῦνται τόδε.

In eadem:

δρόμους παλαίστρας τ' οὐκ ἀνασχετοὺς ἐμοὶ κοινὰς ἔχουσι.
κἆτα θαυμάζειν χρεών.

In Timonis Epigrammate, quod ab ipſo uiuente factum eſſe dicitur.

Ἐνθάδ' ἀποῤῥήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι.
Τοὔνομα δ' οὐ πευσοῖσθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

Sophoc. in fabula Trachiniæ.

κοὔπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς προὔθηκεν, οὔθ' ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοί. *Ibidem.*

γυνὴ δὲ θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν. *Et mox:*
ὃ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν.

Et eodem in loco.

λέοντ' ἄπλατον θρέμμα, κἀπροσήγορον. *Et ibidē.*
οὐδεὶς τρόπαι' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν.

Hesiod. ἐν θεογον.

εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργός.

ΣΧΗΜΑΤΑ τοῦ χρόνου, *quæ ſyllabarum quantitatem tempusq́ commutant.*

Διαστολὴ *productio.*

Διαστολὴ *eſt ſyllabæ breuis, aut ancipitis productio.* Διαστολή ἐστιν, ὅταν τὰ συστελλόμενα δίχρονα ἐκταθῇ, ἢ τὰ βραχέα εἰς τὰ μακρὰ ἀντίστοιχα αὐτῶν μεταθῇ. *Fit igitur uel productione* ἐκτάσει, *uel mutatione* τῇ τροπῇ.

Ἐκτά-

Εκτάσις.

Verg. Aeneid. I.

Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit
Littora.

Et – Per iuga Cynthi
Exercet Diana Choros.

Idem in 9.

Coniecto ſternit iaculo uolat Itala cornus.

Ouid. Met. 9,

Cognita Cyane præſtanti corpore Nymphas

Sidonius.

Tolle tuum precor Annibalem uictumq; Siphacem. Quanquam Claudianus a corripuit.
Compulimus durũ Syphacẽ, fractumq; Metelli
Traximus &c.

Hom. Iliad. α.

παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι

Iliad. θ:

λύσαθ' ὑπ' ἐξ ὀχέων. Τροπῇ.

Hom. iliad. β.

μῦθον ἐπαινήσαντες ὀδυσσῆος θείοιο. *pro* ἐπαινέσαντες ἐκτάσει ἰωνικῇ.

Sed exempla nuſquam non ſunt obuia.

ΣΥΣΤΟΛΗ *Correptio.*

Hæc ſuperiori eſt contraria. Nam longam ſyllabam uerſus ac metri cauſa corripit. συστολὴ γάρ ἐστιν, ὅταν τὰ ἐκτεινόμενα δίχρονα συστελῇ, ἢ τὰ μακρὰ εἰς

τὰ

τὰ βραχέα ἀντίστοιχα μεταθῇ.

I. Correptio.

Verg. Aen. 1.

Connubio iungam ſtabili propriamq́ dicabo.

Hîc nu correptum eſt. Idem.

Obſtupui ſteterūtq́ comæ, & uox faucibus hæſit.

Propertius.

Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtabit ærumnas.

II. Τροπή.

Iliad. α.

Ἀλλ' ἄγετ' αὐτίκα πάντας θωρήξομεν υἷας Ἀχαιῶν. Eſt enim Ionica συστολή, pro θωρήξωμεν, ἤγουν ὁπλίσωμεν. Etſi modi ἐναλλαγὴ eſſe poßit. Sed & huius figuræ innumera exempla in Poëtis obſeruare & colligere licet.

ΣΧΗΜΑΤΑ ἀναγνωστικά.

Συναλοιφή.

Hæc deletio à Grammaticis dicitur. Eſt autem cùm duabus uocalibus, in diuerſis uerbis interueniente conſonante, concurrentibus prior in fine uerbi ante alteram ſequentis dictionis, in dimenſione carminis expūgitur ſiue eliditur. Idq́ propter κακοφωνίαν, quæ uocalium duarum hiatu efficitur, uitandam.

Verg. Aen. 1.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena,
Carmen: & egreſſus ſyluis uicina coëgi:

Vt

quamuis auido parerent arua colono &c.

Ibidem.

Carthago Italiam contrà Tiberinaq́; longè
Hoſtia. *Et:*
Multum ille & terris iactatus & alto.

Hom. Il. α:

οὐ γὰρ ἐγὼ Τρώων ἕνεκ' ἤλυθον αἰχμητάων *Quanquam ibi aliqui ἀποκοπὴν eſſe uolunt, pro* ἕνεκεν.

Ibidem.

τὴν μὲν ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ, καὶ ἐμοῖς ἑτάροισι
Πέμψω — *Iliad. χ.*
οὐ σὶ νῦν ἔτι δ' ἐστὶ περιφυγμένον ἄμμι γενέσθαι.

Verum talia exempla ſemper & ubiq́; in ſcandendis uerſibus occurrunt: & apud Poëtas tantum ſunt frequentata. Oratores enim præſertim Latini hac figura non utuntur: Græci uero in legendo & pronunciandò illam adhibent: eamq́; ἀποστρόφῳ *notant, atq; deſignant. Qua etiam ex re* ἀποκοπὴν *ab hac transformatione facile licet ſecernere.*

Ἔκθλιψις.

Ἔκθλιψις *magnam cum ſuperiore configuratione habet ſimitudinem. Vtraq́; enim inter modulandum in fine uerbi prioris aliquid diſsimulat: ſed hoc differunt: quòd illic unica tantum uocalis prætermittitur in pronunciando: hic autem cum ſua uocali præcedente eliditur etiam conſonans.*

Eſt enim ἔκθλιψις eliſio, conſonantis alicuius cum uocali priore in dimenſione uerſuum diſsimulatio atq; ſuppreſsio. Cum enim dictio in conſonantem m uel s deſinit, & ſequens à uocali incipit: conſonans illa una cum præcedente uocali abſumitur.

Verg Aeglog. 1.

Non equidem inuideo: miror magis undiq; totis.
Vſq; adeo turbatur agris.

Idem Aen. 1.

Gratū opus agricolis: at nūc horrētia Martis
Arma uirumq; cano. Ibidem.
Multum ille & terris iactatus & alto.

Idem 3.

Monſtrum horrendum informe ingens cui lumen ademptum. Horatius.
Omnibus hoc uitiū eſt cantoribus inter amicos
Vt nunq̄ inducant animum cantare rogati:
Iniuſsi nunq̄ deſiſtunt.

POETIS VETERIBVS
etiam moris erat elidere s.

Verg:

Aut ouium fœtus, aut urentes culta capellas.

Horatius:

Inter ſe coijſſe uiros, & decernere ferro.

Cecilius.

Vicimus ô ſocij, et magnam pugnauimus pugnā.

Ennius

Ennius:

Vicit olympia, nunc ſenio confectus quieſcit.

Lucretius:

Vulnera quas lachrymas peperere minoribus noſtris.

Ac de ijs quidem figuris quibus ſingula uerba in ὀρθογραφίᾳ & προσῳδίᾳ commutantur, hactenus: reſtat, ut eas etiam quæ locutionum ſunt, & in conſtructione ſpectantur, explicando perſequamur.

DE METAPLASMIS

Ciceronis locus ex Oratore perfecto.

SEd quid ego uocales ſine uocalibus ſæpe breuitatis cauſa contrahebant, ſ: Poëtæ, ut ita dicerent: multi modis uas argenteis, palmi & crinibus, tecti fractis. Quid uerò licẽtius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant: quò eſſent aptiora. Nam ut duellum bellum, & duis bis: ſic Duelliũ eũ, qui Pœnos claſſe deuicit, Bellium nominauerunt, cum ſuperiores appellati eſſent ſemper Duellij. Quin etiam uerba ſæpè contrahuntur, non uſus cauſa, ſed aurium. Quomodo enim ueſter Axilla ala factus eſt, niſi fuga literæ uaſtioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis; & uexillo & paxillo cõſuetudo elegans latini ſermonis euellit. Libenter etiam copulan

do uerba iungebant: ut ſodes, pro ſi audes. ſis pro ſi uis. Iam in uno capſis tria uerba ſunt. Ain, pro ais ne, nequire, pro non quire. malle pro magis uelle: nolle pro non uelle. Dein etiam ſaepe, & exin pro deinde & pro exinde dicimus. Quid illud, non oles unde ſit? quod dicitur cum illis, cum autem nobis non dicitur, ſed nobiſcum, quia ſi ita diceretur, obſcoenius concurrerent literae, ut etiam modo, niſi autē interpoſuiſſem, cōcurriſſent. Ex eo eſt mecum, & tecum, non cum me, & cum te, ut eſſet ſimile illis uobiſcū, atq; nobiſcum. Atque etiam a quibuſdam ſero iam emendatur antiquitas, qui haec reprehendunt. Nam proh deûm atque hominum fidem, deorum aiunt. Ita credo, hoc illi neſciebant, an dabat hanc conſuetudo licentiam? Itaq; idem Poëta: qui inuſitatius contraxerat: Patris mei meûm factûm pudet, pro meorū factorum. & : Texitur exitiûm examen rapit. — pro exitiorum, non dicit liberum, ut pleriq; loquimur, cum cupidos liberum, aut in liberum loco dicimus: ſed ut iſti uolunt,

Neq; tuum unquam in gremium extollas liberorū ex te genus & idem: Namq; Aeſculapij liberorum. — At illi aliter in Chryſe, non ſolum: Ciues antiqui amici maiorum meûm, quod erat uſitatum. ſed durius etiam: Conſilium ſocij, augurium, atque extum interpretes. Idemq; pergit.

Poſt-

Poſt quam prodigium horriferum portentum pauor. Quæ non ſanè ſunt in omnibus neutris uſitata. Nec enim dixerim tam libenter armum iudicium, & ſi eſt apud eundem.

Nihil ne ad te de iudicio armum accidit? quã centuriam, ut cenſoriæ tabulæ loquuntur, fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum & procorum. Planeq́ duorum uirorum iudicium, aut trium uirorum capitalium, aut decem uirorum litibus iudicandis dico nunq̃. Atqui dixit Accius,

Video ſepulchra dua duorum corporum.

Idemq́.

Mulier una duûm uirûm,

quid uerum ſit intelligo, ſed alias ita loquor, ut conceſſum eſt, ut hoc uel proh Deũ dico, uel proh deorum. Alius ut neceſſe eſt, cum trium uirum non uirorum, cum ſeſtertium nummûm, non nummorum, quod in his conſuetudo uaria non eſt. Quid quod ſic loqui, noſſe, iudicaſſe uetant, nouiſſe iubent, & iudicauiſſe? quaſi uero neſciamus in hoc genere & plenum uerbum rectè dici, & imminutum uſitatè tãq; utrunq; Terentius,

Eho tu cognatum tuum non noras? poſt idem Stilphonem inquam noueras. Siet, plenum eſt, ſit, imminutum, licet utare utroq;, ergo ibidem,

Quam cara ſint, quæ poſt carendo intelligunt.

Quam inq̃ attinendi magni dominatus ſient.

Nec uero reprehenderim
— Scripſere alij rem, & ſcripſerunt eſſe uerius ſentio, ſed conſuetudini auribus indulgenti libenter obſequor. Idem campus habet — inquit Ennius, & In templis iſdem — probauit, at eiſdem erat uerius, nec tamen eiſdem, Opimius male ſonabat ijſdem. Impetratum eſt à cõſuetudine, ut peccare ſuauitatis cauſa liceret, & pomeridianas quadrigas, quàm poſtmeridianas libentius dixerim, & mehercule, quàm mehercules. Non ſcire quidem barbarum iam uidetur, neſcire dulcius. ipſum meridiem, cur non medidiem? credo quod erat inſuauius. Vna præpoſitio eſt, ab, eaq; nunc tantum in acceptis tabulis manet, ne his quidem omnium, in reliquo ſermone mutata eſt. Nam amouit dicimus & abegit & abſtulit, ut iam neſcias, ab ne uerum ſit, an abs. Quid ſi etiam abfugit? Turpe uiſum eſt, et affer? noluerũt, aufer maluerũt, quæ præpoſitio præter hæc duo uerba, nullo alio in uerbo reperitur. Noti erant & naui, et nari, quibus cũ in præponi oporteret, dulcius uiſum eſt, ignoti, ignaui, ignari dicere, quàm ut ueritas poſtulabat. Ex uſu dicunt & è rep: quod in altero uocalis excipiebat, in altero eſſet aſperitas, niſi literam ſuſtuliſſes, exegit, edixit, refecit, retulit, reddidit, adiuncti uerbi primam literam præpoſitio commutauit, ſuſtulit.

Quid

Quid in uerbis iunctis? quam ſcitè inſipientem, non inſapientem? iniquum, non inæquum, tricipitem, non tricapitem, conciſum, nõ concæſum? Ex quo quidam perciſum etiam uolunt, quod eadem conſuetudo non probauit. Quid uero hoc elegantius? quod non fit natura, ſed quodam inſtituto, inclytus dicimus breui prima litera, inſanus producta, inhumanus breui, in fœlix longa, & ne multis quibus in uerbis eæ primæ litteræ ſunt, quæ in ſapiente atq; felice, producte dicitur, in cæteris omnibus breuiter. itemq́;, compoſuit, conſueuit, concrepuit, confecit, cònſule ueritatem reprebendet, refer ad aures probabunt: quære cur? ita ſe dicent iuuari, uoluptati autem aurium morigerari debet oratio Quin ego ipſe, cum ſcirem ita maiores locutos eſſe, ut nuſq̃; niſi in uocali àſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut pulcros, & Cætegos, triumpos, Cartaginẽ dicerem aliquando, idq; ſero, conuitio aurium, cum mibi extorta ueritas eſſet, uſum loquẽdi populo conceſſi, ſcientiam mibi reſeruaui.

Orciuios tamen, & Matones, Otones, Cæpiones, ſepulcra, coronas. lacrymas dicimus, quia per aurium iudicium ſemper licet. Purrum ſemper Ennius, nuſquam Pyrrhum, ui patefecerunt fruges, non Phryges, ipſ. us antiqui declarant libri, nec enim græcam literam adhibebant,

nunc autem etiam duas, & cum phrygum, & cum phrygibus dicendum eſſet, abſurdũ erat, aut tantum barbaris caſibus græcam literam adhibere, aut recto caſu ſolũ græcè loqui, tamen & Phryges, & Pyrrhum aurium cauſa dicimus. Quinetiam quod iam ſubruſticum uidetur, olim autem politius, eorum uerborum quorum eædem erant poſtremæ duæ literæ, quæ ſunt in optumus, poſtremam literam detrahebant, niſi uocalis inſequebatur.

Ita non erat ea offenſio in uerſibus, quam nũc fugiunt poëtæ noui? ita enim loquebamur.

—Qui eſt omnibu, princeps.

non omnibus princeps. &

Vita illa dignu locoq; non dignus.

Quod ſi indocta conſuetudo tam eſt artifex ſuauitatis, quid ab ipſa tandem arte, & doctrina poſtulari putamus?

DE

DE FIGVRIS

VERBORVM COLLOcatorum: uel Conſtructione figurata.

QVAM Græci Grammatici σύνταξιν uocant: eam Cicero in ratione dicendi conſecutionem nominat. Eſt enim partium orationis, hoc eſt ſimplicium uerborum, apta in generibus, numeris, caſibus, perſonis, temporibus, & modis, quæ ipſis attributa ſunt, coniunctio ac ſtructura, qua Latini ſermonis puritas, quàm καθαρότητα appellant, comparatur atq; conſeruatur. Itaq; ars ipſa συντακτική dicitur, id eſt ratio ac uia collocandorum coniungendorumq; uerborũ, ut plena perfectaq; inde cõficiatur oratio. Sed eſt duplex: Vna recta omnioq; ſimplex, ἁπλῆ καὶ ἀσχημάτιστος: de qua Grammatici plurima dederũt præcepta, Altera figurata ἐσχηματισμένη quæ ab illis regulis præceptionibusq; nonnihil diſcedit, ac diſcrepat. Hæ nouæ formæ & quaſi figuræ locutionũ à Græcis σχήματα λόγου nominantur: de quibus coniunctim deinceps à nobis erit diſſerendum. Eſt itaq; σχῆμα συντακτικόν, conformatio quædam, ſiue immutatio propoſitæ regulæ arte aliqua & certis de cauſis facta atq; uſitata.

Nam aut perſpicuitatis διασαφήσεως, aut breuitatis συντομίας, aut ornatus illuſtrationisq́; κόσμου καὶ ἐναργείας, aut deniq; concinnitatis ſuauitatisq́; εὐφωνίας καὶ ἡδύτητος gratia à uulgari & cōmuni ratione loquendi deflectimus. Sed & bariū omnium figurarum partitionem ac diſtinctionē in ſubiecta tabula reperies atq; cognoſces.

τῶν τοῦ λόγου σχημάτων ἀποσχηματισμός.

Σχήματα συντακτικὰ. i. figuræ cōſtructionis diuidūtur

- Quantitate ποσότητι, ſiue numero: quæ conſiſtit in
  - Defectu ἐν τῇ ἐνδείᾳ. Cū id quod deeſt, uel
    - Ex proximo mutuamur: Cuius duo ſūt genera
      - 1. Ἀπὸ κοινοῦ à cōmuni:
        - Συνεζευγμένοι: Ζεῦγμα. Σύλληψις.
        - Πρόληψις.
      - 2. Ἀναπόδοτον.
    - De foris petimus — Ἔλλειψις.
  - Exceſſu, ἐν τῇ ὑπερβολῇ — πλεονασμὸς: ſub quo ſunt
    - ἐπανάληψις.
    - παρέλκον.
- Qualitate ποιότητι, ac immutatione.
  - Verborū & ἐναλλαγὴ ὑ παραλλαγὴ dicitur.
  - Ordinis & ὑπερβατὸν nominatur.

ΖΕΥΓΜΑ.

Duplex eſt adiunctio, quàm Græci ζεῦγμα nominant: una Oratoria ῥητορικὴ in qua uerbum uel adiectiuũ ad diuerſa ſubſtantiua ita reducitur, ut cum omnibus tamen conueniat. Vt apud Ciceronem. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Ouid.

Non Venus & uinum ſublimia pectora fregit.

Verg. Aen. 3.

Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi
Qui tripodas Clarij, lauros, qui ſydera ſentis,
Et uolucrum linguas, & præpetis omnia pennæ.

(Quod deeſt in emendatione reperies.)

**conformatur ac conuenit: cum remotiore uero etiamſi præſtantius ſit, diſcrepat. Itaq; ad unum quidem expreſſe, ad alterum uero non niſi mutatum refertur.*

Præſtat autem
- *Genus*
  - *Maſculinum fœminino & neutro.*
  - *Fœmininum Neutro.*
- *Numerus pluralis ſingulari.*
- *Perſona*
  - *Prima, ſecundæ, ac tertiæ.*
  - *Secunda, tertiæ.*
- *Caſus rectus, obliquis.*

Quapropter copulatum totum, eius uel generis

ris, uel numeri, uel perſonæ, uel caſus eſſe dicitur: cuius pars erit ipſius dignior ac nobilior.

Sunt autem duo in adiunctione ſpectanda: partes ac formæ.

Partes habet duas: antecedens ἡγούμενον, *&* *conſequens* ἑπόμενον. *Antecedens eſt duorum, aut plurium, ſed tamen diuerſorum ſubſtantiuorum copulatio atq; cõnexio: quæ fit, aut per coniunctiones, easq; uel copulatiuas* συμπλεκτικάς, *uel diſiunctiuas* διαζευκτικάς, *uel expletiuas* παραπληρωματικάς: *aut fit per aduerbia, uel loci, uel temporis, uel negandi. Conſequens eſt ipſum adiectiuum, uel uerbum conueniens cum propinquiore ſubſtantiuo. Atq; hæ ſunt figuræ huius partes: formas autẽ ſub ſe complectitur ſeptem præcipuè. Quorum ſunt conſideratione antecedentis quatuor. Nã in ea ſubſtantiua aut genere, aut numero, aut perſona, aut caſu diuerſa coniunguntur. De cæteris quæ ratione fiũt conſequentis dicetur poſtea.*

Formæ antecedentis.

I. ZEVMA *Generis.*

Terent. And Actu 3. Scena 1.

Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit.

Idem in Eunucho Actu 3. Scæ. 4.

Dati annuli, locus, tempus conſtitutum eſt.

Ouidius.

Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt. *Verg.*

Vergilius.

Tu quos ad ſtudium atq; uſum formabis agreſtẽ.

II. ΖΕΥΓΜΑ *Numeri.*

Cic. offic. primo.

Non ſolum nobis nati ſumus, ortusq́; noſtri partem ſibi uendicat patria, partem amici.

Idem in Catone Maiore.

Non curia uires meas deſiderat, non roſtra, non amici, non clientes, non hoſpites.

Verg. Aeg. 1.

—Sunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis.

Aen 1.

—Hic illius arma, Hic currus fuit.

Ibidem.

—Socijs & rege recepto.

Et:

Semper honos, nomenq́; tuum, laudesq́; manebunt

Terent. And. Act. 5. Sce. 3.

Domus, uxor, liberi inuenti inuito patre.

Ouid. Metam. 1.

Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non enſis erat —

III. *Perſonarum.*

Cic ad Q. Fratrem lib. 2.

Et penè ille timore, ego riſu corrui.

Idem lib. 4. de rep. in ſomnio Scip.

Ego

Ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra rep. percontatus eſt.

Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes.

Horat.

Tu quid ego & populus mecum deſideret, audi.

In hoc genere ubi comparatio aliqua fuerit, licet uerbum poſteriore loco adhibeatur: tamen cũ remotiore conſentiet adiectiuum uel uerbum.

Cic. ad Attic.

Nunc cum hoc tempore nihilo magis ego, quàm uos, ſubſidio Domitio ire poßim.

Eodem quoq; modo, ubi NISI clauſulam ſubiungit. Quanquam enim uerbum poſteriore loco collocatur: tamen cum priore nominatiuo potius in accidentibus conueniet.

Terent.

Talem filium nulla, niſi tu, pareret.

Hæc tamen figuratè dicta ſunt.

Verg.

Nihil hic niſi carmina deſunt.

Ouidius.

Quid niſi ſecretæ læſerunt Phyllida ſyluæ?

Et:

Dij maris & cœli (Quid. n. niſi uota ſupſunt.)
Soluere quaſſatæ parcite membra ratis.

IIII. CASVS.

Ouidius.

Tu

Tu quoq; cum Druſo præmia fratre feres.

Hic enim uerbum digniori caſui reſpondet. Sed hoc exemplum etiam ad ζεῦγμα perſonarum referri poteſt.

Fit etiam per caſus adiunctio in his præcipuè clauſulis, quæ per relatiua uocabula connectuntur. Quoties id quod per ea repeti natura debet, in diuerſo caſu ab eo, in quo eſt poſitum, deſideratur. Verg. Aene. 1.

Arma uirumq; cano: Troiæ qui primus ab oris. Italiam fato profugus Lauinaq; uenit. Littora.

Sunt etiam duæ adhuc Zeugmatis formæ: diligenter pueris obſeruandæ: una temporum, altera modorum.

TEMPORVM.

Cic. Papyrio Pæto, Fam. 9. Ep. 23.

Heri ueni in Cumanum, cras ad te fortaſſe. ſ. ueniam.

MODI.

Terent.

Itáne tandem idoneus tibi uideor, quem tam apertè fallere incipias dolis? Saltem accuratè ut metui uidear. ſ. fallere inciperes. Itē. Video quos uolebam, ſ. uidere.

FORMAE Conſequentis.

Nunc de ijs formis, quæ conſequentis ſunt, ad eiusq; τάξιν, hoc eſt, collocationem pertinent Harum

rum autem ſunt tres Nam in orationis ſtructura uerbum uel adiectiuum ponitur aut in principio locutionis, & φράσεως, & dicitur προζεῦγμα ἢ πρωτοζεῦγμα ut ita dicam, præiunctio: aut interpoſitum & ſuperiores partes orationis, comprehendit, & inferiores, appellaturq́; μεσοζεῦγμα. Autor ad Herennium coniunctionem nominat. Aut deniq; poſtremum collocatur: uocaturq́; ὑποζεῦγμα ἢ ὑστεροζεῦγμα, quæ generali uerbo uocatur adiunctio.

Ζεῦγμα fit uel uerbi
- *Interpoſitione, ἐν τῷ μέσῳ. Coniunctio μεσοζεῦγμα.*
- *Adiunctione .i. Collocatione facta in extremis, hoc eſt, uel in*
  - *Principio προθέσει, præpoſitione — προζεῦγμα.*
  - *Fine, μεταθέσει. poſtpoſitione. — ὑποζεῦγμα.*

Exemplum προζεύγματος.
Verg.
Silet omnis aper pecudes, piſcesq́; uolucres.

τ μεσοζεύγματος.

Idem: Caper tibi ſaluus, & hœdi.

Cicer.

Non curia uires meas deſiderat, nō roſtra, &c.

Τοῦ ὑποζεύγματος.

Verg. Aen. 1.

– Hic illius arma,
Hic currus fuit.

Cic. in Catil.

Nihilne te nocturnum præſidium palatij, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil concurſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſimus habendi ſenatus locus, nihil horum ora, uultusq́; mouerunt?

Atq; hoc Zeugma Grammaticum dicitur: eſt etiam oratorium de quo principio cœpi dicere, in quo conſequens per omnia cum antecedente conſentit. Verum non eſt huius loci proprium hoc genus. Nam & eas tantum hic præcipuè figuras tractamus, quæ à regulis Grammaticorum, id eſt, præceptis purè latineq́; loquendi, atq; ſcribendi diſcrepant: & de hoc in Rhetoricis præcipitur in orationis ornamentis.

- In ζεύγματι .i. adiunctione duo conſiderari debent:
  - Partes
    - Antecedens, hoc eſt, coniunctio plurium diuerſorumq́; ſubſtantiuorū per
      - Aduerbia
        - Loci.
        - Temporis.
      - Coniunctionem
        - Copulatiuam.
        - Diſiunctiuam.
        - Expletiuam.
    - Conſequens
      - Adiectiuum.
      - Verbum.
  - Formæ, quarū ſūt ſeptē. Ratione .n.
    - Antecedentis adiunctio alia eſt
      - Generis.
      - Numeri.
      - Perſonæ.
      - Caſus.
    - Conſequentis eſt triplex. Aut enim illud
      - Præponitur.
      - Interponitur.
      - Subiungitur.
      - Eſtq́;
        - πρωτόζευγμα
        - μεσόζευγμα.
        - ὑστερόζευγμα.

ΣΥΛΛΗΨΙΣ *Comprehenſio.*

Comprehenſionem Græci σύλληψιν uocãt. Eſt enim coniunctio duorum pluriúmue, ac diuerſorũ ſubſtantiuorum, quibus propoſitis, adiectiuũ uel uerbum additur, quod digniori licet remotius illud ſit, reſpõdet. Atq; hoc ab adiunctione diſtat & ſeiungitur: quod illic cum propinquiore, hic cũ præſtantiore conſequens conformatur, & conuenit. Partes etiam habet duas: antecedens ſiue copulatum, & conſequens. Eſt autem copulatum duorum aut plurium ſubſtantiuorum uel genere, uel numero, uel perſona, uel caſu diſcrepantium connexio, facta aut per coniunctionem copulatiuam, &, atq;, q;, neq; &c. aut per præpoſitionem, CVM, pro copulatiua particula ſumptam & uſurpatam. Cõſequens eſt, ut in adiunctione, adiectiui uel uerbi attributio. Eſt autem totum antecedẽs eius uel generis, uel numeri, uel perſonæ, uel caſus: cuius eſt pars dignior. Id quod etiam de conſequente eſt iudicandum. Quare ſi antecedentis alterum ſubſtantiuum fuerit maſculini generis, alterum fœminini, aut neutrius: totũ erit generis maſculini.

Ouid.

Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.

Hic antecedens maſculini generis eſt κατ' ἐξοχὴν. Quare totum eiuſdem eſſe dicitur.

Vergilius.

— Cæſosq; reportant:
Almonem puerum, fœdatiq; ora Galeſi.

Si ex fœminino & neutro conſtat pars prima, tota ſyllepſis erit generis eiuſdem.

Lucanus lib. 1.

Sunt leges & plebiſcita coacta. At ſunt qui locum hunc corruptum deprauatumq; uelint.

Eodem modo, ſi antecedens eſt primæ perſonæ & ſecundæ, uel tertiæ, totum fiet primæ perſonæ.

Terent.

Hæc ſi neq; ego, neq; tu fecimus, nō ſiuit egeſtas facere nos. Si partes fuerint ſecundæ & tertiæ perſonæ, erit etiam ſecundæ totum antecedens.

Cicero.

Si tu & Tullia noſtra ualetis: ego & ſuauiſſimus Cicero ualemus. Idem ſentiendum eſt in Syllepſi numerorum & caſuum.

Formæ Syllepſis.

Duplex eſt Syllepſis: una Directa εὐθεῖα*: cũ ſubſtantiua copulantur coniunctionibus, &, atq;, q;, nec. Altera inflexa* ἀντεστραμμένη*: ubi cōnectuntur per præpoſitionem CVM, quæ pro copulatiua particula ſumitur. Ac directa quidem triplex eſt: Generis, Numeri & Perſonæ. In directa uero uniformis tantum eſt, nempè Caſus: quoties ſubſtantiua ſunt diuerſorum caſuum.*

Fit

Fit autem plerunq; cum nominatiuo, & ablatiuo inter ſe cohærentibus uerbum uel adiectiuum numero effertur multitudinis.

Ouid. Faſt. 4.

Ilia cum Lauſo de Numitore ſati:

Verg.

— Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt.

II. Σύλληψις Generum.

Generum comprehenſio duplex eſt: una rerum mutarum ſiue inanimatarum τῶν ἀλόγων καὶ ἀψύχων. Quando ſubſtantiua in antecedēte res ſignificant expertes animi. Altera rerum eſt earum quæ animo præditæ ſunt τῶν λογικῶν. Porro in priore pluribus ſubſtantiuis neutrum adiectiuū, aut relatiuum plerunq; in numero multitudinis, & genere neutro more Græco adiungitur.

Adiectiuum: ut,

Cicer. offic. 1.

Regna, imperia, nobilitates, honores, diuitiæ, opes, in caſu ſita ſunt.

Idem Epiſt. fam.

Vt operam, ſtudium, coſilium, rem, fidem meā, ſibi ad omnes res parata putent.

Saluſt. de Catil.

Huic bella ciuilia, cædes, & diſcordia ciuilis grata fuerunt.

Idem

Præterea diuitiæ, decus, gloria, in oculis ſita ſunt. *Et:*

Genus, ætas, eloquentia propè paria fuere.

Liuius.

Fregellis murus, & porta de cœlo tacta erant.

Relatiui τῶν ἀναφορικῶν.

Cic. offic. 1.

Propter ſummam & doctoris autoritatem, & urbis: quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis.

Saluſtius.

Cupido pecuniæ primò, deinde imperij creuit: ea quaſi materies omnium malorum fuère.

Verg. Aeg. 3.

– Cum Daphnidis arcum
Fregiſti, & calamos: quæ tu peruerſe Menalca, &c.

Σημείωσις *Notatio.*

Nominibus autem pluribus numeri ſingularis adiectiuum reſpondet plurale. Vt. Saluſt.

Odium & metus, peßimi ad diuturnitatem cuſtodes. Eſt etiam ἐπεξήγησις.

Sed hæc generum σύλληψις *rurſum eſt bipartita: Expreſſa, &, ut in ſcholis loquuntur, implicita. Expreſſa, in qua utrunq; ſubſtantiuum tam indignius, quàm dignius explicatur & proponitur reipſa* ἐνεργῶς. *Et ad hanc ſuperiora exempla perti-*

pertinent. Implicita dicitur, in qua nec deterius nec præſtantius genus exprimitur dicendo, ſed animo atq; cogitatione percipitur, ac ſubintelligitur. Itaq; adeſt tantum δύναμις, hoc eſt, ui & facultate. Ouidius.

Impliciti laqueis nudus uterq; iacet.

ſ. Mars & Venus reti impliciti à Vulcano.

Omnis itaq; τῶν γενῶν σύλληψις, uel eſt generis
1 *Maſc. & Fœminini.*
2 *Maſ. & Neutrius.*
3 *Fœm. & Neutrius.*

III. Syllepſis Numerorum.

Numerorum comprehenſio ἡ τῶν ἀριθμῶν σύλληψις duobus modis fit. Aut enim nominatiuis diuerſorum numerorum, inter ſe iunctis, uerbum uel adiectiuum plurale adtribuitur.

Verg. Aen. 6.

Ante fores ſubito non uultus, non color unus,
Non comptæ manſere comæ: ſed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument, maiorq; uideri.

Liuius.

Cum terra Nabis, Lacedæmonijq; mari Romana claſsis urgebant. &c.

Aut duobus pluribúsue ſubſtantiuis ſingularibus reſpondet uerbum plurale, Vt:

Verg. Aen. 2.

—Furor iraq; mentem
Præcipitant,

Liuius.

Fregellis murus & porta de cœlo tacta erant;

Salluſt.

Genus, ætas, eloquentia propè paria fuerunt. In his duobus exemplis etiam generũ Syllepſis eſt: in poſteriore quoq; ἔλλειψις coniunctionis copulatiuæ. *Et in nominibus.*

Odium & metus peſsimi ad diuturnitatem cuſtodes.

IIII. Σύλληψις τῶν προσώπων.

Perſonarum comprehenſio eſt perſonæ deterioris ſub præſtantiore complexio. Cum nominatiuis diuerſarum perſonarum inter ſe cõiunctis, uerbum adijcitur in numero multitudinis, quod digniori eſt conformatum.

Cicero.

Si tu & Tullia lux noſtra ualetis, ego & ſuauiſsimus Cicero ualemus.

Plautus Moſtell. Act 2. Sce. 1.

T. Ego & tu perimus. Ph. Quid ego & tu?
T. Ego & tu perimus.

Terent. Adelph.

Hæc ſi neq; ego, neq; tu fecimus, non ſiuit egeſtas facere nos.

Vergil.

Egregiũ uero laudem, & ſpolia ampla refertis:
Tuq; paterq; tuus—

Eſt

Eſt igitur hæc perſonarum Syllepſis, uel Perſonæ
- Primæ & ſecundæ.
- Primæ & tertiæ.
- Secundæ & tertiæ.

Comprehenſionis τῆς συλλήψεως ſunt duæ
- Partes
  - Antecedens, ſiuè copulatum: Coniunctio diuerſorum ſubſtantiuorum.
  - Conſequens reſpondens digniori, ut
    - Nomen
      - Adiectiuũ.
      - Relatiuũ.
    - Verbum.
- Formæ:
  - Inflexa per præpoſitionem cum. Caſuum.
  - Directa, quæ fit p̃ cõiunctiones. &c. Eſtq; aut
    - Generũ, in rebus
      - Animatis eſt
        - Expreſſa.
        - Implicita.
      - Inanimatis. Vbi adiectiuũ uel
        - Conuenit cum digniore.
        - Ponitur in genere neutro.
    - Numerorum.
    - Perſonarum.

ΠΡΟΛΗΨΙΣ.

Latè hoc uerbum patet. Nam & apud oratores in uſu eſt: qui πρόληψιν uocant ante occupationem, ut Cicero. Quintilianus lib. 9. uerbum de uerbo exprimens præſumptionem appellat. Cum id quod obijci poteſt ab aduerſario, aut obiectum eſt occupamus ac refellimus. Et apud Diomedem πρόληψις dicitur eſſe, quoties id quod poſterius geſtū, eſt ante deſcribitur. Vt apud Verg. 1. Aeneid.

—Lauinaq; uenit
Littora—

Lauinium enim nondum erat conditum, cum Aeneas ueniret in Italiam.

Verum hæ duæ huius uocabuli ſignificationes alterius artis ſunt: & pertinent ad exornationes rerum ac ſententiarum τῶν διανοιῶν.

Apud Grammaticos autem πρόληψις dicitur ubicunq; totum in partes quaſdam diſtribuitur: id quod duobus modis contingit. Aut enim membra cū re uniuerſè propoſita in uerborum ſtructura per omnia conſentiunt, ut nulla in applicatione ad ſingula opus ſit mutatione. Aut totum quidem ipſum cum attributo rectè coniungitur: cum partibus uerò niſi mutatum nequaquam conſentit. Illa prolepſis locutionis, hæc conſtructionis à Grammaticis dicitur. De qua, ſi quædam

prioris

prioris formæ exempla recenſuero, tradam præcepta.

Exempla προλήψεως locutionis.

I. Perſonarum Διάκρισις.

Cum ante numerus, ut eſt apud Priſcianum, redditur: quàm deſignantur conſtituanturq́; perſonæ. Vt:

Duorum Catonum: hic eſt Maior, ſiuè Cenſorius: hic Minor uel Vticenſis. Et:

Duorum Aiacum, hic eſt Telamonius: hic Salaminius.

In his enim pluralis numerus ante conſtituitur: uel δυϊκὸς αἴαντοιν, quam perſonæ ſubijciantur.

II. Rerum διαίρεσις: in qua totum aliquo modo uel in recto, uel obliquo caſu præſumitur.

REGVLAE.

I.

Quando uerbũ plurale in aggregatione præcedit: & nominatiuus præcedat neceſſe eſt. Et contrà caſus rectus primo loco poſitus uerbum eiuſdem numeri comitem habere uult. Vt: Milites redeunt: hi ex Italia, illi ex Gallia.

II.

Quando adiungitur uerbum in partibus, genitiuus in aggregatione collectioneq́; debet præcedere. Vt:

Ciuium alios regere, alios parere decet.

Quod

III.

Quod in collectione antecedit, in numero multitudinis ponendum eſt: uel uoce φωνῇ, ut in ſuperioribus, & in his:

εἴδη. *Animalium aliud homo, aliud beſtia.*

διαφορά. *Animalium aliud eſt ratione praeditum, aliud eiuſdem expers.* τῶν ζώων τὸ μὲν λογικόν ἐστι, τὸ δὲ ἄλογον.

τῶν συμβεβηκότων. *Bonorum alia ſunt animi, alia corporis, alia fortunae. Vel ſignificatione,* δυνάμει καὶ σημασίᾳ.

Humani generis pars corpus excolit, pars animum.

Haec autem quae poteſtate ſunt πληθυντικά, *diduci diuidendo uel in ſingularia poſſunt. Vt:*

Humanum genus partim ſui iuris eſt: partim alieni. Vel in pluralia. Vt:

Humani generis alij docti ſunt, alij indocti.

IIII.

Vtrunque etiam & quod in congregatione, & quod in partibus ſumitur, per obliquum effertur tum, cum participium loco uerbi eſt collocatum.

Vt: Aquilarum uolantium, unius ab ortu, alterius ab occaſu, par eſt uolocitas. Ac de hac quidem locutionis prolepſi hactenus. Cõſtructionis autẽ, hoc eſt, συντακτικὴ πρόληψις *eſt aſſumptio partium ad totum, in qua uerbum uel adiectiuum*

cum

cum re uniuerſa quidem conuenit atq; concordat: cum membris autem rebusq́; diſtributis ac ei ſubiectis omnino diſſentit. In ea enim adtributum quod cum toto coniungitur, in partibus rurſus intelligitur & ſubauditur: non tamen niſi mutatum adhibetur. Vt autē in ſuperioribus figuris: ita quoq; in hac, partes & formæ debent obſeruari.

Partes prolepſeos.

Eius partes à Grammaticis numerantur duæ: prima eſt propoſitio generis aut totius alicuius πρότασις τοῦ ὅλου, quam congregationem uel collectionem uocant: conficitur enim ex antecedente quod eſt ipſum, de quo loquor, totum, ac res uniuerſa, propoſita plurali, aut collectiuo, aut partitiuo uel diſtributiuo nomine: & ex cōſequente, hoc eſt, uerbo uel adiectiuo, quod cum re uniuerſa quidem conſentit: in diuiſione uero non niſi commutatum repeti, & ad eius membra poteſt applicari. Altera dicitur partitio, uel enumeratio διαίρεσις, μερισμὸς, ἢ ἀπαρίθμησις. Magnam enim cū Dialecticorum Rhetorumq́; diſtributionibus habet ſimilitudinem: niſi quod Grammatici non rerum in ea, ac ornatus ut illi: ſed tantum uerborum coniunctionisq́; eorum, quæ ſunt puritatis, curam gerunt. In hac igitur ſiue partitione ſiue diſtributione generi uel toti illi partes mēbraq́; ſubijciuntur, & ad idem quod ante propoſitum

eſt

eſt uerbum reducuntur: quod tamen ab eis uel numeris, uel perſonis eſt diuerſum. Sed in his partibus etiam determinatio quam ita nominat Sulpitius, & ordo ſpectari diligenter debent. Nam in conſtruendo totũ præcedit: partes ſequuntur.

Homerus.

Αἰτοὶ διέπτηκαν δύο· ὁ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν, ὁ δὲ ἀπὸ δυσμῶν. *Aquilæ uolabant hæc: quidem ab ortu: illa uero ab occaſu. In quo exemple prima pars eſt* ἀετοὶ διέπτηκαν δύο*: propoſitio totius, quæ cõſtat ipſa re uniuerſa, & uerbo, ſiue proprietate, eſtq; in his* ἀκολουθία *conſecutio, ac legitima ſtructura: ſequitur pars altera* ἀπαρίθμησις *diſtributio: in qua ſunt* τὰ μέρη· ὁ μὲν, ὁ δὲ, *id quod indicãt particulæ: & determinatio* διορισμὸς, *hoc eſt, differentia & modus qui in partitione membris adijcitur:* ἀπ' ἀνατολῶν, καὶ ἀπὸ δυσμῶν. *Ac cũ his partibus uerbum in aggregatione numero diſcrepat: eamq; ob cauſam niſi commutatione, ad eas non poteſt accommodari.*

FORMAE *Aſſumptionis.*

Prolepſin duplicem faciunt: expreſſam, & implicitam. Illam autem dicunt eſſe, in qua omnia illa inſunt & reperiuntur, de quibus eſt expoſitum. Hanc uero in qua aliquid prætermittitur ac deeſt. Πρόληψις *Expreſſa.*

In hac partes ſubijciuntur toti uel generi in di

uerſis

uerſis uel numeris, uel perſonis.

I. NVMERIS.

Compuleruntq́; greges Corydon & Thyrſis in unum,
Thyrſis oues: Corydon diſtentas lacte capellas.

ſ.compulerat. In quo exemplo σύλληψις eſt numeri. Nam illud copulatum Corydon & Thyrſis etſi non uoce φωνῇ, tamen δυνάμει poteſtate & σημασίᾳ ſignificatione πληθυντικόν eſt.

Idem in 12: Aen.

Interea reges, ingenti mole Latinus,
Quadrijugo uehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt,
Solis aui ſpecimen: bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro,
Hinc pater Aeneas Romanæ ſtirpis origo,
Syderio flagrans clypeo, & cœleſtibus armis,
Et iuxta Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ,
Procedunt caſtris.

II. PERSONIS.

Terentius.

Curemus æquam uterq; partem: tu alterum, ego item alterum. ſ.curabo.

Idem:

Ego uapulando, ille uerberando, uſq; ambo defeßi ſumus. In bis etiam locis σύλληψις & σύνθετον ineſt.

Verg.

Verg. Aeg. 5.

Cur nõ Mopſe, boni quoniam conuenimus ambo:
Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus,
His corylis mixtas inter conſedimus ulmos?

PROLEPSIS *Implicita.*

Hæc imperfecta eſt ἐλλιπτική, non integra ἐντε-λής, in qua aliquid eſt omiſſum: & ubi unicum mem-brum toti ſubijcitur.

Verg. Aen. 6.

Quisq; ſuos patimur manes—

Ouid. in Epiſt.

Alter in alterius iactantes lumina uultus
Quærebant taciti noſter ubi eſſet amor.

Deeſt enim hic alter in alterius.

Liuius.

In muros pro ſe quiſq; armati diſcurrunt.

Saluſt.

Cœpere ſe quisq; magis extollere, pro: Et cœpere ſe extollere, & quiſq; magis ſe ex-tollere.

Terent.

Aperite aliquis actutum oſtium,

Suplendum enim ſic eſt, quod deſideratur: Aperite oſtium, & aliquis actutum aperiat.

Sunt

FIGVRAE

Sunt etiam ἐν τῇ περιόδῳ duo ſpectanda:

- Partes τὰ μέρη:
  - πρότασις τ' ὅλου congregatio
    - Antecedēs. Totum πληθυντικὸν
      - φωνῇ.
      - σημασίᾳ. i. nomine
        - Collectiuo.
        - Partitiuo.
    - Conſequens:
      - Verbum.
      - Adiectiuum.
  - Διαίρεσις uel diſtributio, in qua ponuntur
    - Partes.
    - Earum differentiæ.
- Formæ duæ, τὰ εἴδη δύο
  - Vna expreſſa & integra ἐντελής
    - Numeri.
    - Perſonæ.
  - Altera implicita & imperfecta ἐλλιπής.

ΑΝΑΠΟΔΟΤΟΝ.

Omnis περίοδος*, id eſt, ambitus, ac ueluti circuitus uerborum, duabus ex rebus, quibus abſoluuntur ſententiæ, cõficitur: principio ſiue propoſitione* ἀρχῇ ἢ προτάσει*: & fine ſeu applicatione* τελευτῇ καὶ ἀποδόσει*, quam conuerſionem & concluſionem appellat Cicero. Grammatici eam partẽ quoq; nominant* ἀνταπόστροφον*. Ac quando hæc ſiue accommodatio, ſiue applicatio ac redditio mutila eſt, & relinquitur imperfecta, figura, ſeu uitium potius. (Nam eruditis inter* τὰ τοῦ λόγου ἁμαρτήματα *ponitur.) nominatur* ἀναπόδοτον*, uel* ἀνανταπόδοτον*: quaſi dicas non redditum atq; abſolutum. Eſt itaq;* ἀνανταπόδοτον*, quando aliqua orationis pars in continuatione uerborum, & abſolutione ſententiæ non redditur, ſed prætermittitur.*

Homerus.

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί. *Nam in hoc uerſu* παύσομαι, ἢ ἡσυχάσω *deſideratur.*

Sed de hac figura in ἐλλείψει*, & in uitijs orationis pluribus agemus. Nunc ad eam pergamus: in qua id quod deeſt extrinſecus aſſumitur.*

ΕΚΛΕΙΨΙΣ.

Ἔκλειψις *eſt uocabuli ad rectam orationis ſtructuram neceſſarij, in ſenſu (ut inquit Linacer, quem hic potiſſimum ſequimur) prætermiſſio ac defectus: ſed quod, cum foris petendum ſit, uel conſuetudine*

ſuetudine autorum ſolet ſubaudiri: uel quia ex cæteris uerbis eſt certum ac perſpicuum.

Eſt autem ἔκλειψις omniũ orationis partium communis

- Flexibilium
  - Nominum
    - Appellatiuorum.
    - Adiectiuorũ.
  - Pronominum.
  - Verborum.
  - Participiorum.
- Earum quæ uariari flectiq; nequeunt: hoc eſt
  - Aduerbiorum.
  - Coniunctionum.
  - Præpoſitionum.

Ἔκλειψις Nominum.

I. τῶν προσηγορικῶν, i. Appellatiuorum.

Cicero Phil.

Vbi eſt ſepties millies ſeſtertiûm, quod in tabulis quæ ſunt ad Opis patebat. S. ſ. templum, uel ædes.

Sic Terent. Adelph. Act. 4. Scen. 2.

— Vbi ad Dianæ ueneris,
Ito ad dextram. &c

Horat.

Ventum erat ad Veſtæ.

Terentius.

CVR non recta introiſti?

Idem: Poſtridie ad anum rectà pergit.

Cicero.

Recta uenit ad me. ſ. uia. Nonnunquam tamē apponitur. Vt: Si mihi inimico ut prædicas tuo cōſtare uis inuidiam: recta uia perge in exilium.

Literæ.

Cicero ad Attic.

Acceperam autē ſatis celeriter, conij per publicanorum tabellarios à Lentuli triumpho datas. ſ. literas. Iter. Cic.

Nos in caſtra properabamus, quæ aberant bidui. ſ. itinere.

Voluntas uel propoſitum.

Idem ad Terent.

Cum in animo haberet nauigandi

Frondes uel ſimile aliquid.

Ouidius.

Immoderata pati iam frigora, iamq́; calores,
Sternere uel nuda poſſe ſuper ſilice.

Tentoria uel pelles.

Cæſ.

Vſq; eo, ut qui ſub ualle tenderent, mercatores recipiendi ſui facultatem non haberent.

Verg. Aen. 2.

— Hic ſæuus tendebat Achilles.

Prædium

Prædium.

Cic. Cornificio collegæ. Fam. 12. Epiſt. 20.

Quam quidem contumeliam uilla puſilla iniquo animo ferret, niſi in Cumano & Pompeiano reddideris πάντα περὶ πάντων.

Cæc. Plin.

Quantum copiarum in Ocriculano, in Narnienſi, in Carſulano, in Peruſino tuo.

Partes.

Terentius.

Non poſteriores feram.

Quintilianus.

Quamuis ei ſecundas ferè Grammaticorum conſenſus deferat. ſ. partes.

Caro.

Verg. Aen. 11

Implentur ueteris Bacchi, pinguisq́; ferinæ.

Ceſus.

Inter domeſticas uero quadrupedes, leuiſſima ſuilla eſt, grauiſſima bubula: Hæc enim abſolutè ſunt uſurpata, quibus rariſſimè additur appellatiuum Carnis. Sal. Getulis cibus erat caro ferina. Idem: Numidæ plerunq; lacte, & ferina carne ueſcebantur.

Febris.

Suet in Cæſ.

Quanquam morbo quartanæ aggrauante.

Taberna.

Plautus in Amphit.

In medicinis, in tonſtrinis apud omnes ædes ſacras. Hæc enim ad tabernas referebant ueteres. Et ſi nunc pro appellatiuis uidētur accipi.

Pecunia.

Poſt participium repetundarum.

Suetonius.

Dolobellam conſularem, & triumphalem uirū repetundarum poſtulauit.

Nummus.

Varro. Denarius, quod denos æris ualebit.

Verbum uel ſermo.

Cicero.

Paucis complectar, diſſeram pluribus.

Terent. Paucis te uolo.

Seruus uel miniſter.

Vt in illis circuitionibus. A pedibus, à manu uel ad manum. à ſecretis. à libellis. ſ. miniſter uel ſeruus.

Recordatio.

Vt in illo: Vbi eius diei uenit in mentem.

Paſſus.

Cæſar de Britannia.

Huius eſt longitudo lateris, ut fert illorum opinio, ſeptingentorum millium, ſ. paſſuum.

Mar-

Martial.

Te tamen ut uideam, duo millia non piget ire:
Vt te non uideam: quatuor ire piget.

Homo.

Terentius in And.

Ita aiunt. ſ. homines filium tuum amare.

Cicero.

Et Xenophontis uoce Muſas quaſi locutas ferunt. Ouid. Metam. 1.

Quem dixere Chaos.

Item ante relatiuum QVI.

Terent:

Ita tum diſcedo, ut qui ſe filiam neget daturũ. pro eo quod eſt, ab homine qui: uel ut Priſcianus inquit, ab illo qui &c.

Idem fit poſt adiectiuorum maſculina, quæ de homine etiam dicuntur, ubi leguntur ſine appellatiuo. Vt Græcus, Germanus, Gallus, Italus. Quæ ſunt ἐθνικὰ gentis atq; nationis Huc etiam profeſſionis & artium τῶν ἐπισημῶν καὶ τεχνῶν referuntur nomina: ut Grammaticus, Dialecticus &c. Item cæterorũ habituum, ut iuſtus Et amicitiæ, neceſſitudinis, atq; cõſuetudinis. φιλίας, ἐπιτηδειότητος, καὶ συνηθείας, ut amicus, familiaris, neceſſarius. Præterea & conditionis ac fortunæ, ut liber, ſeruus, nobilis &c. Deniq; Quis: quorũ omnium exempla paſſim ſunt obuia.

Populi.

Sic populi. Plinius 4. nat. hiſt.

Deinde Menapij, Morini, Oromanſaci iunctipago, qui Certiacus uocatur &c.

Sed in his etſi aliqui ἰναλλαγὴν eſſe docent: Propterea quòd ea dicunt eſſe προσηγορικὰ, adiectiuorumq́; naturam deponere: tamen quoniam nomina ſunt ambigua ἀμφίβολα, quæ modo appellatiua, modo adiectiua ſunt: idcirco etiam rectè ibi ἔλλειψιν eſſe defenditur.

Sic Domeſticus, familiaris: uel miniſter, uel famulus, poſt poſſeſſiua pronomina, cum ſine ſubſtantiuis uel proprijs, in maſculino genere leguntur.

Cice. Valerio.

Nam illò ſi ueneris, tanquam Vlyſſes, cognoſſes tuorum neminem.

Officium.

Poſt eadem pronomina, cum in neutro ſolà ponuntur. Terent.

Tuum eſt, ſi quid præter ſpem euenit, mihi ignoſcere.

Nonnunquam tamen adiungitur. Vt apud eundem: Nunc tuum eſt officium, has benè ut aſſimules nuptias. Tempus.

Verg. Aen. 2.

Impius ex quo Tytides.

Ibidem.

Ibidem.

Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri. ſ. tempore. Idem.

Hoſti ante expectatum poſitis ſtat agmine caſtris. ſ. tempus.

Sic apud Terent.

Tute poſt ſcis illa, quam intimum habeam te, ubi ſubaudiendum uidetur tempora.

Menſis.

Cic. Tertio Idus ſextilis. ſ. menſis.

Dies.

Ouidius.

Bruma noui prima eſt, ueteriſq; nouiſſima ſolis.

Verg.

—Meus eſt natalis Iola.

Factum.

Cicero.

Obfuit plurimum eo tempore conſulum, ſiue ſtultitiam, ſiue maliciam dicere oportet. ſ. illud factum, ut Laurentius Valla exponit.

Subſtantiuum aliquod cognatæ ſignificationis cum uerbo.

Vt in illis quæ ἰδιοπαθῆ uocant Græci uel αὐτουδίκτορα: aduerberaſcit, dieſcit. Item in his: pluit, grandinat, ningit, tonat. Quæ etſi Latini Grammatici ad Deũ referunt: tamen leguntur apud Poëtas ſub alijs nominatiuis.

Statius.

Saxa pluunt. *Verg.*

Tantum pluit ilice glandis.

Tibullus.

Multus ut in terris deplueretq; lapis.

Eodem modo ſubſtantiuum aliquod eiuſdem ſignificationis ante abſoluta cæteraq; neutrorũ paßiua, ſubauditur: ut, cum ſedetur ſeßio: cum curritur, curſus: cum uiuitur uita.

Non enim ſtatuendum eſt, hæc uerba eſſe ἀπρόσωπα, *ſed* προσωπικὰ κατ᾽ ἔλλειψιν τῆς εὐθείας, ἢ ὀνομαστικῆς. *Hoc eſt, perſonalia per defectum nominatiui. Id quod ex his exemplis licet cognoſcere.*

Ouidius.

Iam tertia uiuitur ætas.

Et:

Tota mihi dormitur hyems.

Etſi in his ab eo nominatiuo eiuſdem ſignificationis, diuerſus eſt: ideoq; utpote incertus, plane profertur.

Eiuſdem ſignificationis appellatio & poſt abſoluta in o deſinentia, ſubintelligitur. Vt:

Poſt curro, curſus, poſt uiuo, uita. Itaq; id quod certum eſt non profertur. Vbi uero quid ab hoc eſt diuerſum, proferatur, tanquam incertum, eſt neceſſarium. *Terent.*

Nam ego uitam duram, quàm uixi uſq; huc,

propè

propè iam excurſo ſpacio, omitto.

Eſt & ubi appellatiuum alquod, ante genitiuum qui ſequitur poſt ſum, ſubauditur, quod magis ſit commune, quam id quod idem uerbum præcedit. Ouid. de Ponto.

Crede mihi, ueris ſi ſum tibi cognitus oris. ſ. homo. Verg.

— Grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ. ſ. res.

Quintil.

Pythagoricis certe moris fuit, & cum euigilaſſent, animos ad lyram excitare ſ. res Quod etiam exponitur per caſum rectum: ut Peripateticis mos eſt Et per auferendi: ut, Plin. Ludos ineunti, ſemper aſſurgi etiam ab ſenatu in more eſt. Nomen cum præpoſitione.

Quintil.

Veteres, quorũ fuerunt Ariſtoteles & Theodectes, i. de, aut ex quorum numero.

ΕΚΛΕΙΨΙΣ. *Adiectiuorum.*

Ἐπιμεριζόμενα. *Diſtributiua.*

Verg.

Bina boum nobis Troia generatus Aceſtes
Dat numero capita in naues. pro in ſingulas naues. Cicer.

Is ſe ternis nummis in pedem tecum tranſegiſſe dicebat. pro in quemq; uel in unumquemq; pedẽ.

Centena

Centena millia.

In illis numerarijs ſummis.

Suetonius.

Etiam circa Seſtertiûm uicies proſecutus eſt. Item: præter centena millia ipſe genitiuus ſeſtertiûm ſæpe deeſt.

Martial.

Habet Africanus millies, & tamen captat. ſ. centena millia ſeſtertiûm.

Solus. Ouid.

–Priapus,

Omnibus ex illis Lotide captus erat, pro ſola Lotide.

Vnus.

Plin. Nat. Hiſt.

Primus autem hominum leonem manu tractare auſus, & oſtendere manſuefactum Hanno è clariſsimis Pœnorum traditur.

Nullus, præſertim ante niſi.

Vt: Si niſi quæ facie, poterit te digna uideri, Nulla futura tua eſt, ἐλλειπτικὸν eſt: illud uero integrum ἐντελῶς: Si nulla poterit te digna uideri, niſi quæ facie eſt te digna, nulla futura eſt tua.

Plinius.

Quod deforme arbitrabar, cui aſſurgere, cui loco cedere omnes oportet, hunc omnibus ſedentibus ſtare. Item in hoc Terentij:

Si qua eſt habitior paulò, pugilem eſſe aiunt:

poſt

poſt παραθετικὸν ἢ συγκριτικὸν. i. comparatiuum, ablatiuus cæteris intelligitur.

Alibi aliud quiddam quod comparationem abſoluat:

Vt: Ventriculi hyeme & uere calidiores natura ſunt. pro quam alijs temporibus. Hic ἀποδοτικὸν deſideratur.

Item apud Terent.

Nam is poſtquam exceßit ex ephebis Soſia: liberius uiuendi fuit poteſtas .ſ. quam ante: Etſi Donatus ſubaudit aliquanto.

Aliquis. Horat.

Sunt quos curriculo puluerem Olympicum.

Idem.

Eſt qui nec ueteris pocula Maßici.

Cicer.

Quem ſequar non habeo. Pro non habeo aliquem quem ſequar.

ΕΚΛΕΙΨΙΣ Pronominum.

Pronomina demonſtratiua nõ raro ante uerba primæ & ſecundæ perſonæ omitti ſolent.

Verg.

Arma uirumq́; cano.

Idem.

—Paulo maiora canamus.

Et:

Incute uim uentis &c.

Item:

Item: Maturate fugam.

Vſurpantur tamen aut diſcretionis τῆς διακρίσεως ἢ διαστολῆς, aut ἐμφάσεως ἢ πλείονος ἐνδείξεως gratia. τῆς διακρίσεως ἕνεκα·

Cicer.

Si uales bene eſt: ego quidem ualeo.

Verg.

Nos patriã fugimus: tu Tityre lentus in umbra

τῆς ἐμφάσεως: cum ſerium aliquid orationi promittitur.

Terentius.

Ego poſtquam te emi à paruulo.

Nominatiuus Tu poſt uocatiuum, quem uerbum ſecundæ perſonæ ſequitur, deeſt.

Verg.

Sed tamen iſte Deus, qui ſit da Tityre nobis.

Idem:

—Non me paſcente capellæ,
Florentẽ Cytbiſum, & ſalices carpetis amaras.

Etiam ante infinita, quæ uim habent ſenſus: ubi deeſt accuſatiuus, eſt ſubſtituendus is caſus pronominis eiuſdem perſonæ, cuius eſt nominatiuus uerbi finiti. Vt, Memini uidere. pro me uidere. Credit ſcire ſ. ſe.

Si uero præcedit Datiuus, omittitur illius accuſatiuus. ut, permitto tibi dicere, pro, permitto tibi te dicere.

Idem accuſatiuus poſt uerba μεταβατικὰ abſolute prolata deſideratur.

Terent.

Facile ut pro Eunucho probes.

Idem:

Hæc hinc faceſſat, pro te probes, & ſe faceſſat. ut exponit Donatus.

Verg.

Dixit, & auertens roſea ceruice refulſit.
Idem: Tum prora auertit, pro ſe auertens, & ſe auertit, ut Seruius inquit.

Cicer.

Bene habet. ſ. ſe.

Demonſtratiua tertiæ perſonæ.
Vt idem compoſitum ante relatiuum, Qui.

Cicer.

Initium dicendi quæ uellem. pro ea quæ.

Vergil.

Quā quibus in patriā uentoſa p æquora uectis,
Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi,
pro illi quibus.

Item ſimilia pronomina cum præpoſitione repetita.

Cicer. Att.

Quare ad illud redeo, cura ut huius rei cauſa debita opera mittat aliquem Balbus, ad quos uidebitur, pro ad eos, ad quos &c.

Ille,

Ille, cum alijs quibuſdam additis, ut in quibus uerbum reſpondeo ſubaudiri uidetur.

Cicer. Epiſt.

Quod ſcribis, te uelle ſcire, qui ſit reip. ſtatus: ſumma diſſenſio eſt, ſed contentio diſpar. Pro eo: quantum ad illud pertinet: quod ſcribis, &c.

Sic ante relatiuum, cum ſequitur præut, uel præ.

Terent. Eun.

Præut huius rabies, quæ dabit.

Plautus in Perſa.

Omnes res relictas habeo, præ quod tu uelis, pro illa, & eo uel illa.

Poſſeßiua.

Terent.

Non tu ibi gnatum? ſ. tuum.

Idem: Gnatam ut det oro. ſ. ſuam.

Relatiuum, qui, uel is.

Verg.

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. pro quam uel eam. Idem.

Eſt locus, Italiam Graij cognomine dicunt.

ΕΚΛΕΙΨΙΣ *Verborum.*

Sum in Indicatiuo.

Verg.

Sed uos qui tandem? quibus aut uenistis ab oris?

Ouid.

Ouidius.

Quid mihi cum Leſbo.s Sicelis eſſe uolo.

Verg.

Hinc mihi prima mali labes .i. erat.

Liuius.

Mirum quantum illi uiro nuncianti hæc, fides fuerit, pro mirum eſt.

In Imperatiuo,

Verg.

Fas mihi Graiorum ſecreta reſoluere iura,
Fas odiſſe uiros, pro eſto uel ſit.

In Optatiuo.

Vt: Vtinam hæc uera .ſ. ſint;

In Coniunctiuo.

Terent.

Et uultu Soſia adeo uenuſto, adeo modeſto, ut nihil ſupra .ſ. eſſet.

Vergil.

Nũc quales Diomedis equi, nũc quantus Achilles .ſ. Eſſent, & eſſet.

In Infinitiuo.

Verg.

Promiſi ultorem .ſ. fore uel futurum eſſe.

Fac uel uide.

Ouid.

Nil mihi reſcribas, attamen ipſe ueni.

Dico uel aliquid illi cognatum.

I. In eiuſmodi tranſitionibus: Sed de his pluribus. Sed de his hactenus. Sed hæc & multa alia coram. Quid multa. Ne multa ſ. dicam, uel dictum ſit &c.

II. Ante infinita uerborum. Cic. in Lælio: Habendas eſſe quã laxiſsimas habenas amicitiæ. Caput enim eſſe ad bene uiuendum ſ. dicunt.

Verg.

Nam ſi ueſtra manus uiolaſſet dona Mineruæ:
Tum magnũ exitium &c. Priami regno Phrygibusq; futurum ſ. dicebat, uel dixit.

Fabius hanc figuram obliquam allocutionem uocat.

Idem uerbum requiritur ſæpe cum coniunctione Enim. Cæſ.

Coniurationẽ nobilitas fecit, & ciuitati perſuaſit, ut de finibus ſuis cum omnibus copijs exirent: perfacile eſſe, cum uirtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri. pro dixit, n. perfacile eſſe. Idem:

Se ita a patribus, maioribusq; ſuis didiciſſe, ut magis uirtute, quã dolo contenderent. ſ. dixit.

Cum pronomine, ut ante quaſi.

Terent.

Ridiculum caput: quaſi neceſſe ſit, ſi illi non dat, te illam uxorem ducere. Idem: Modo introij. S. Quaſi ego quam dudum rogem ſubauditur, n. hoc dicis.

Cum relatiuo Qui.

Cicero.

Hermagora, ne miremur quod ab antiquorũ pleriſq; Aenea & Anchiſa ſit dictus. pro quod dico ne miremur.

Sic ante ut, uel ne.

Cicer.

Satiari delectatione non poſſum, ut meæ ſenectutis requiem oblectationemq; noſcatis. Subintelligitur enim hoc dico, uel quod dico.

Moneo.

Cæſar: Quare monuit, ne committeret, ut is locus ubi conſtitiſſent, ex calamitate populi Romani & internecione exercitus, nomen caperet. Vbi iterum monuit ſubdendum.

Rogo.

Ibidem: Quod ſi furore atq; amentia impulſus, bellum intuliſſet, quid tandem uererentur? aut cur de ſua uirtute, aut de ipſius diligentia deſperarent? Nam ante quid rogat ſubdendum eſt.

Dico, puto, uel cenſeo, pro ut ſenſui melius quadrabit.

Horatius.

Quo mihi fortunam, ſi non permittitis uti? i. ad quem uſum, uel finem dicatis mihi eſſe fortunã. Idem: Vnde mihi lapidem, quorſum eſt opus, unde ſagittas? pro putes, uel dicas mihi eſſe.

Cicero ad Fab.

Martis uero ſignum, quo mihi pacis autoris?

Dico, uel facio, pro ut dictum λεχθὲν. uel factum τὸ πραχθὲν laudatur.

Vt: Bene Ennius.

Præclare Anaxagoras.

Prudenter Fabius. Dixit enim uel fecit, pro rei natura & conditione addendum.

Dico uel annuncio.

Cicer. Att.

Pyliæ paratum eſt hoſpicium: ſed uellem Atticam: uerum tibi ignoſco, quarum utriq; ſalutē.

Idem proxima Epiſt.

Pyliæ & Atticæ ſalutem. ſ. dices uel annunciabis.

Volo.

Vt— Ita facere certum eſt: pro uelle facere.

Et: Stat caſus reuocare omnes: pro uelle reuocare.

Facio uel Volo.

Vt in illis: Dij melius. Dij meliora ſ faciant, aut uelint.

Reſpondeo.

Cicer. Attic.

Quod epiſtolam meam ad Brutum poſcis: non habeo eius exemplum.

Decet, uel oportet.

Verg.

Méne incœpto deſiſtere uictam?

Terent.

Terent.

Ach tantàmne rem tam negligenter agere?
Idem: Seruon' fortunas meas commiſiſſe futili?
ſ oportuit?

Aliquando hoc totum uel ſimile quiddam.
Verum ne eſt, uel uerè ne ita eſt?

Verg.

Mène Iliacis occumbere campis
Non potuiſſe?

Idem in 2. Aen.

– Sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro ſublapſa referri. pro uerum uel certum eſt.

Fuerit uel fecerit, uel ſimile aliquid.

Verg.

–Primusq; Timetes
Duci intra muros hortatur & arce locari:
Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant. pro ſiue id dolo fecerit.

Rogas, uel tale quippiam.
Ἐν τῇ ἐπερωτήσει *eiuſdem uerbi, ubi mutatur modus.*

Terent. Adelph.

M. Quid is fecit? D. Quid ille fecerit? pro rogas quid fecerit? *In Eunucho.*
Non uideo? Videam? obſecro quem? pro rogas num uideam?

In Phorm.

Quid ergo narras? Quid ego narrem? pro rogas quid ego narrem?

Debet.

Idem: Aliquot me audierunt, ex te auditum, qui aiebant, hodie filiam meam nubere gnato tuo.

Cicer. Attic.

Cato tamen affirmat ſe uiuo illum non triumphare.

Natum uel ortum eſt, uel aliquod συνώνυμον.

Verg.

–Genus unde Latinum,
Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.

Idem.

–Vnde imber & ignes.

Sunt & alia, quæ omittuntur, quæ ex alijs ferè intelliguntur.

Plinius ad Pontium.

Quos Latinè huius libelli amor docuit. ſ. loqui,
Sic. Fidibus ſcit. ſ. ſonare, aut canere.

Integer ex nomine & uerbo ſenſus.

Dixit, uel dicebat quis.

In ἠθοποιίαις. Verg.

Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles. ſ. dícebat quis.

...re uel tale quiddam.

Cicer.

Cicero ad Attic.

Inde ad Taurum cogitabã. ſ. ire ut cum Mophagone ſignis collatis ſi poſſem ſ. confligerem, uel ſimile aliquid.

Idem ad eundem.

Rhodum uolo, puerorum cauſa, indè quamprimum Athenas.

Idem Mario.

Cum Libone tuo uel noſtro potius, in Pompeianum ſtatim cogito.

Audire uel intelligere.

Cicer ad Attic.

Horribile eſt, quæ loquantur, quam minitentur. ſ. audire.

Ἔκλειψις *Participiorum.*

Hæc rarius in oratione deſiderantur: aliquando tamen ad plenam integramq́; cõſtructionem requirnntur, ut Priſciano autore, in ea figura, quam uulgus Grammaticorum Appoſitionem nominat. In ea enim participium ὢν ἢ ὂν *.i. exiſtens, uel ens ſubaudiri uult.*

DE APPOSITIONE.

Græci hanc figuram duobus nominibus appellant Nam & πρόθεσιν, *hoc eſt, ut poſteriores Grammatici loquuntur, Appoſitionem: &* ἐπεξήγησιν *.i. explicationem, ut Veteres, nominant: propterea quod ſubſtantiuo obſcuriori, aliud quod*

apertius eſt, explicandi cauſa adiungitur. Eſt enim Appoſitio illa, duorum aut pluriū ſubſtantiuorum ad eandem rem ſpectantium, quorum alterum declarat alterum immediatè facta coniunctio.

Cæſ. lib. 1. de bello Gallico.

A lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit. Hic ſine aliqua particula duo ſubſtantiua connexa ſunt: eorum alterum nempe poſterius, quod quia certam notat ſpeciem, notius eſt, ad alterum uidelicet prius, quod generale eſt, ideoq; obſcurius, declarandi cauſa eſt additum & adiunctum. Eſtq; in his ἔλλειψις τῆς μετοχῆς .i. defectus ac detractio participij alicuius. Vt ſunt ὤν, οὖσα, ὄν, ENS ſi eſſet Latinis, ut Græcis pariter uſiatum: uel ſimile aliquod, ut Dictus λεγόμενος. Nam Priſcianus alijq; Grammatici, alterutrum horum ſubaudiri ac ſubintelligi uolunt. Ac in explicatione adhibendum eſſe docent, uel ἐπενθέσει interpoſitione: uel quod melius eſt ἀναλύσει, καὶ περιφράσει reſolutione, atq; circuitione. Vt Lacus Lemanus .i. ens uel exiſtens, uel dictus Lemanus. Vel qui eſt, aut dicitur Lemanus. Et ſic in cæteris quoq; faciendum eſſe cenſent.

Partes τῆς προθέσεως.

Conſtat itaq; appoſitio ex duabus partibus: ſubſtantiuo antecedente, quod quia ignotius eſt requirit

requirit explicationẽ: & conſequente quod priori declarandi cauſa adtribuitur. Vt flumẽ Rhodanus. Hic flumen antecedens eſt ſubſtantiuum, & obſcurius, quia generis ſignificationem habet: eamq́; ob cauſam ad explicandum eſt propoſitum. Rhodanus poſterius eſt quod illud reuocando ad certam formam, declarat: eiq́; tanquam ἐπίθετον διαφορότητος ἕνεκα adiungitur. Nam adiectiui naturam propemodum induit.

- Præcedẽs ſubſtãſtiuũ obſcurũ eſt, uel quia eſt
  - Genus.
  - Species.
  - Vocabulũ ambiguũ πολύσημον.
  - Alioquin ignotum
- Explicatur per alterum (quod ſignificat uel
  - Formã: quæ ſemper notior eſt.
  - Gènus
    - Cũ differentia.
    - Deſcriptionis gratia.
    - Solum, cauſa
      - Explicatiõis
      - Diſtinctiõis.
  - Verbũ aliquod certũ.
  - Proprietatẽ quæ rem uel pſonã laudandi aut uituperãdi cauſa deſcribit. ſiue illa ſit
    - Vera.
    - Quaſi uera.

Ex bis perſpicuum eſt quatuor modis (Nam tot de cauſis inuenta eſt) fieri Appoſitionem.

Τρόποι τῆς ἐπεξηγήσεως.

I.

Primum fit cauſa explicandi genus per formam: cum id ad certam ſpeciem reuocatur. Aut quando appellatiuo nomini, quod commune eſt multis, ſubijcitur proprium.

Cæſ. lib. 1. de bello Gall.

Interea ea legione quam ſecum habebat, militibusq́ qui ex prouincia cōuenerant, à Lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Heluetijs diuidit, perducit.

Saluſtius.

Vrbem Romam ſicuti ego accepi.

Plinius.

Arbor laurus fulmini non eſt obnoxia.

Saluſt.

In Tugurio mulieris ancillæ.

Verg. 7. Aen.

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt.
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillusq́, acerq́ Coras, Argiua iuuentus.

II.

Deinde duo etiam tempora ſunt quibus genus formæ adtribuitur. Vnum quando deſcriptionis

cauſa una cum aliqua differentia ſpeciei apponitur. Alterum quando ſolum genus adhibetur, idq́; uel explicationis tantum, & imperfectæ definitionis, uel etiam diſtinctionis gratia.

Exempla.

1. *Deſcriptio per genus & differentiam.*

Plinius.

Lepus animal auritum herba paſcitur.

2. *Explicatio per genus ſolum.*

Cic. lib. 1. de bello Gallico.

Tertius Arſippi, & Arſinoæ, qui primus purgationem alui, dentisq́; euulſionem, ut ferunt, inuenit: cuius in Arcadia non longe à Luſio flumine ſepulchrum & lucus oſtenditur.

Liuius.

Super Numicum amnem. **Idem:**

Propè Tyberim fluuium.

3. *Diſtinctio per genus ſolum.*

Plinius.

Lupum piſcem non uidit Italia.

III.

Tertius modus eſt, in quo ea quæ ambigua ſunt: & multiplicem poteſtatem habent, uno certo uocabulo addito exponuntur.

Verg.

– Cancer aquatile ſignum.

Nam uocabulum cancer ὁμώνυμον *eſt. Non enim*

enim tantum illud orbis Zodiaci, qui ſignifer dicitur, ſydus: ſed etiam aquaticum animal quo ueſcimur, ac morbum ſignificat.

IIII.

Poſtremo accedit poſterius ſubſtantiuum, ad proprietatem uel ueram, uel quaſi ueram rei adtribuendam, laude aut uituperatione deſcribendi gratia.

Proprietas uera.

CHRISTVS filius Dei.
IESVS ſeruator.
Carolus Imperator.
Cicero Romanorum orator eloquentiſſimus.
Socrates philoſophus ſapientiſſimus.

Quaſi uera.

Verg.

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum
Mobilitate uiget, uireſq; acquirit eundo.

Horatius.

Et genus & formam regina pecunia donat.

Ouidius.

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Formæ Appoſitionis

Atq; hæ ſunt appoſitionis partes: Formæ autem duæ poſſunt recenſeri. Vna ſimplex: Altera coniuncta. Nam primum uel in eodem & genere, & numero, & caſu, ſubſtantiua connectuntur.

tur. Vt apud Horatium.

–Regina pecunia.

Vel conformatur ſolum diuerſo aut genere, aut numero, uel caſu.

Diuerſorum generum.

Verg.

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum. &c.

Cicero in Lælio.

Accedat huc ſuauitas quædam oportet ſermonum, atq; morum, haud quaquam mediocre condimentum amicitiæ.

Diuerſorum numerorum.

Cum alterum caret numero ſingulari. Vt, Vrbs Athenæ.

Cic. Fam. Epiſt. lib. 8.

Scito C. Sempronium Ruffum, mel ac delicias tuas calumniam maximo plauſu tuliſſe.

Verg.

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin Delicias Domini –

Ouid. de Sappho.

–Vacuæ carmina mentis opus.

Aut quando alterum eſt περιληπτικὸν, i. nomen comprehenſiuum Vt

Idem.

In me turba ruunt luxurioſa Proci. Figurata eſt ἐπιξύγησις κατὰ σύνθεσιν.

Caſuum

Caſuum diuerſorum.

*Verg. Aen.*1.

Fontem ſuperare Timaui.

Vt enim in ſuperiori exemplo σύνθεσις: *ita hic* διπλωσις *eſt.*

Appoſitiones Coniunctæ.

Sed de ſimplicibus formis quæ ſemel figuratæ ſunt, & ἐσχηματισμέναι ἁπλαῖ uocantur, dictum ſit: nunc de compoſitis appoſitionibus, quæ bis ſunt figuratæ, & ἐπεξηγήσεις σύνθετοι *nominantur. Fiunt autem ſimul diuerſo uel genere & numero: uel diuerſo genere & caſu.*

Diuerſo genere & numero ſimul.

Verg.

Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.

Cicero in Lælio.

Amicos non parare optimam & pulcherrimam uitæ, ut ita dicam, ſuppellectilem.

Vel diuerſo genere & caſu.

Verg. Aen. 3.

Celſam Butroti aſcendimus urbem.

Cicero ad Attic.

In oppido Antiochiæ.

ΔΙΑΓΡΑΜΜΑ

Appoſitionis.

- *Appoſitionis quoq; duæ ſunt*
  - *Partes ſubſtantiuum*
    - *ἡγούμενον ignotius.*
      - *Genus.*
      - *Species.*
      - *Vocabulum ambiguum.*
      - *Nomen aliquod obſcurum.*
    - *ἑπόμενον quod priori additur, uel cauſa*
      - *Reuocandi genus ad certã ſpeciem.*
      - *Explicandi formã p ſuũ genus.*
      - *Tollendæ ambiguitatis.*
      - *Adtribuẽdæ proprietatis.*
  - *Formæ. Aut.n. προθέσεως ſunt*
    - *Simplices quæ fiunt tantũ uel*
      - *Eodem*
        - *Genere.*
        - *Numero.*
        - *Caſu.*
      - *Diuerſo*
        - *Genere.*
        - *Numero.*
        - *Caſu.*
    - *Coniunctæ, quæ ſimul fiunt diuerſo &*
      - *Genere & numero.*
      - *Genere & caſu.*

Ac in

Ac in his quidem omnibus participium Ens, etſi Latinis ἄχρηστον, uel aliud quoddam, ſine quo conſiſtere nequeunt, eſt ſubaudiendum.

Idem participium, & ubi aduerſatiua coniunctio dictioni præponitur, non ſententiæ, ſubintelligitur. Vt:

Affui tibi, quanquam inimico. ſ. exiſtenti.

Sufficiens uel potens, uel ſimile quod ſenſui conueniat.

Liuius.

Qui oneri ferendo eſſent.

Cicero.

Tu ſoluendo non eras. In quo etiam & appellatiuum debito, uel æri alieno, uel ſimile aliquid deſideratur.

Scriptus, a, um.

Cicero Attic.

Occupationum mearum, uel hoc ſignum erit: quod epiſtola librarij manu eſt. ſ. ſcripta.

Idem ad eundem.

Venio ad epiſtolas tuas, quas ego ſexcentas uno tempore accepi, aliam alia iucundiorem, quæ quidem erant manu tua. ſ. ſcriptæ.

Requiſiturus, uel Sciturus.

Verg. Aen. 1.

— Et omnem
Proſpectum late pelago petit, antea ſi quem
Iactatum

Iactatum uento uideat, Supple requiſiturus.

Idem.

—Equidem per littora certos
Diuittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus ſyluis, aut montibus erret.

Subaudi ſcitura uel ſcituros: uel ut ſciam, uel ſciant.

Dicens.

Cæſar de bello Gallico.

Diuitiacus multis cum lachrymis Cæſarem complexus obſecrare cœpit, ne quid grauius in eum ſtatueret: ſcire ſe illa eſſe uera, nec quenquã ex eo plus quam ſe doloris capere. pro dicens uel affirmans ſe ſcire.

Dicturus.

Idem: Hedui cum ſe ſuaq; ab his defendere non poſſent, legatos ad Cæſarem mittunt, rogatum auxilium. Ita ſe omni tempore de populo Rom. meritos eſſe, ut penè in conſpectu exercitus noſtri agros uaſtari, liberi eorum in ſeruitutem abduci, oppida expugnari non debuerint. pro dicturos, uel qui dicerent, ita ſe omni tempore de populo Rom. meritos, ut ſubaudiatur uerbum cum relatiuo qui.

Verg. Aen 7.

Pandite nũc Helicona Deæ, cantusq; mouete,
Qui bello exciti reges, quæ quenq; ſecutæ,
Compulerint compos, acies: pro dicturi, uel ut dicatis, uel referatis,

Ac in his quidem omnibus participium Ens, etſi Latinis ἄχρηστον, uel aliud quoddam, ſine quo conſiſtere nequeunt, eſt ſubaudiendum.

Idem participium, & ubi aduerſatiua coniunctio dictioni præponitur, non ſententiæ, ſubintelligitur. Vt:

Aſſui tibi, quanquam inimico. ſ. exiſtenti,
Sufficiens uel potens, uel ſimile quod
ſenſui conueniat.

Liuius.

Qui oneri ferendo eſſent.

Cicero.

Tu ſoluendo non eras. In quo etiam & appellatiuum debito, uel æri alieno, uel ſimile aliquid deſideratur.

Scriptus, a, um.

Cicero Attic.

Occupationum mearum, uel hoc ſignum erit: quod epiſtola librarij manu eſt. ſ. ſcripta.

Idem ad eundem.

Venio ad epiſtolas tuas, quas ego ſexcentas uno tempore accepi, aliam alia iucundiorem, quæ quidem erant manu tua. ſ. ſcriptæ.

Requiſiturus, uel Sciturus.

Verg. Aen. 1.

— Et omnem
Proſpectum late pelago petit, antea ſi quem

Iactatum

lactatum uento uideat, Supple requiſiturus.

Idem.

—Equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus ſyluis, aut montibus erret.

Subaudi ſcitura uel ſcituros: uel ut ſciam, uel ſciant.

Dicens.

Cæſar de bello Gallico.

Diuitiacus multis cum lachrymis Cæſarem complexus obſecrare cœpit, ne quid grauius in eum ſtatueret: ſcire ſe illa eſſe uera, nec quenquã ex eo plus quam ſe doloris capere. pro dicens uel affirmans ſe ſcire.

Dicturus.

Idem: Hedui cum ſe ſuaq; ab his defendere non poſſent, legatos ad Cæſarem mittunt, rogatum auxilium. Ita ſe omni tempore de populo Rom. meritos eſſe, ut penè in conſpectu exercitus noſtri agros uaſtari, liberi eorum in ſeruitutem abduci, oppida expugnari non debuerint. pro dicturos, uel qui dicerent, ita ſe omni tempore de populo Rom. meritos, ut ſubaudiatur uerbum cum relatiuo qui.

Verg. Aen 7.

Pandite nũc Helicona Deæ, cantusq; mouete,
Qui bello exciti reges, quæ quenq; ſecutæ,
Compulerint compos, acies: pro dicturi, uel ut dicatis, uel referatis,

Maceratum, emollitum, uel madidum.

Terent. in Eunucho.

Quo pacto ex iure heſterno panē atrū uorē.

Hærens uel ſpectans.

Terent.

Signa uideo omnia ad ſalutem. ſ. hærentia, uel ſpectantia.

ΕΚΛΕΙΨΙΣ *Præpoſitionum.*

Ac Præpoſitiones etiam non modo apud Poëtas: uerum etiam Oratores frequenter deſunt.

1 Ab & ad ante minorum locorum, hoc eſt, urbium nomina, idq; breuitatis cauſa. Quoties ad interrogationem Quo, & unde redduntur.

Vt: Eo Romam. i. ad Romam.

Et: Venio Roma. i. à Roma.

Nam & in appellatiuis ipſorum ſubaudiuntur Vt, in urbe. in oppido Et magni ſcriptores (niſi ipſorum libri corrupti ſint) adhibitis præpoſitionibus ſunt locuti.

Cicero in Verrem.

Ea diè Verres ad Meſſanam uenit.

Et ad Terentiam ſub finem epiſtolæ.

De Venutio.

Et alterius.

De Brunduſio.

Saluſt.

Saluſt. in Catil.

Nam Brutus ab Roma aberat.

Liuius.

Ab Lauinio uenerant antiqua auxilia.

11. *Ante maiorum locorum nomina, hoc eſt, prouinciarum & regionum, Poëtæ hoc præpoſitionum defectu licenter abutuntur.*

Verg lib. 1. Aen.

—Italiam fato profugus Lauinaq; uenit Littora, &c.

Ante.

Subauditur ferè ante hos accuſatiuos: Calendas, Nonas, Idus. Vt, Cicero: Decimo quarto Calendas Ianuarij.

Idem: Datum 4. Nonas Iunias. Et: Tertio Idus Maij. Pro decimo quarto, Quarto, Tertio ante Calendas, Nonas, Idus.

Idem dici poteſt & de PRIDIE, quoties accuſatiuos præcedit. Cicero. Pridie Calendas Maias, de Brunduſio.

Proprius enim caſus illius eſt genitiuus.

In illo quoq;, Ante ſubaudit Priſcianus: Annus natus uiginti ſex: pro ante annos 26.

Poſt.

Vbi poſtridie eiuſmodi accuſatiuos præcedit, ſubaudienda eſt præpoſitio poſt.

Cic. Attic.

Itaq; ſeſe ſcripturum aiebat, ut uenationem etiam, quæ poſtridiè ludos Apollinares futura eſt, proſcriberent.

Donatus in hoc Terentij eandem deſiderari dicit: Quod te per hanc dextrã oro. Vt ſit, Poſt quod. Tamen per Quare illud exponi poteſt.

Propter.

Hanc Donatus in talibus adijcit.

Terent.

Magis id adeo mihi ut incommodet.

Idem.

Nunc id prodeo, ut conueniam Parmenonẽ. pro ob uel propter id.

Præpoſiticnes Ablatiui.

Ab uel in

Verg. Aen. 1.

–Cum Iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare ueliuolum —

Idem.

– Stridens aquilone procella
Velum aduerſa ferit.

E: – Atq; imo Nereus ciet æquora ponto.

Ouid. Faſt.

Iuppiter arce ſua totum cum ſpectet in orbem.

IN.

Cicero pro domo ſua.

Domo me contineo.

Ouidius.

Suſtinet inuidia triſtia ſigna domo.

Verg.

Saxum antiquum ingens, quod forte iacebat,
Limes agro poſitus.

Idem.

Huc quoq; ubi aut morbo grauis, aut ſegnior am
Deficit, abde domo. *(nis*

CVM comitantiæ, non inſtrumenti.

Verg.

—Et magnis quatiunt clangoribus alas.

Cicero

Ne dici quidem poteſt, quanta diminutione ciuium.

Cæſar.

Scribit Labieno, ſi reipublicæ commodo facere poſſet, cũ legione ad fines Neruiorũ ueniat.

A, uel E.

Verg.

Proijce tela manu.

Item poſt Natus, & Synonyma.

Liuius.

Ioue nate Hercules ſalue.

Verg. Æn. 2.

Quo ſanguine cretus. Et alibi:
Sate ſanguine Diuûm

DE.

Verg.

—Et afflictis melius confidere rebus:

PRO.

Horatius.

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

ECLIPSIS *Aduerbiorum.*

Duæ præpoſitiones cum aduerbia ſunt, aliquando, ut integra ſit conſtructio, requiruntur.

Ante & Poſt.

Prior ante, quàm, ἐπιπλοκὴν *coniunctionem: ſequitur numeralia ordinis.*

Liuius.

Anno trigeſimo altero, quàm Roma condita erat, iterum mutatur forma ciuitatis à Coſ. ad decẽuiros. pro, Poſtquã Roma cõdita erat.

Et poſt alter.

Idem de bello Macedonico:

Altera die, quàm à Brunduſio ſoluit.

Item præcendete Protinus uel ſtatim.

Plinius.

Protinus intereunt, quam litatũ eſt illi Deo .i. poſtquam litatum eſt,

Etiam poſt Pridie & Poſtridie.

Cic. ad Terentiam

Quid cauſæ autem fuerit, poſtridie intellexi, quàm à uobis diſceſſi. pro poſtridie poſtquam à uobis diſceſſi.

Non

Non ſolum.

Cicero.

Vrget illi quidem & Philotimus & Cincius: ſed etiam ipſe crebro interuiſo.

Quintil.

Cum Ciceroni dormitare interim Demoſthe nis oratio: uerũ etiam Homerus ipſe uideatur.

Niſi hic, ſed etiam, & uerum etiam, pro Imò accipias. Ita τοὺς ὁμοιώσεις, ante

Vt:

Horatius in 1. Sermonum.

—Quanquam ridentem dicere uerum
Quid uetat? ut pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores: elementa uelint ut diſcere prima

Idem.

Vt tibi ſit opus liquidi non amplius urna
Vel Cyatho, & dicas ex magno flumine mallem
Quàm ex hoc fonticulo tantundem ſumere,

Vt ſimilitudinis ante exempla.

Quintil.

De his in argumentis ſatis dictum eſt. ſ En thymematis. Nõ ſemper autem ad probationem adhibentur, ſed aliquando ad ornatum:

Quorum igitur impunitas Cæſar clementiæ tuæ laus eſt, eorum ipſorum ad crudelitatem te acuet oratio? Et paulo poſt.

Eſt enim ἐπιφώνημα, rei narratæ, uel probatæ

ſumma acclamatio: Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Vſq;

Horatius.

Ad unguem factus homo.

Verg.

Iuppiter omnipotens: ſi non exoſus ad unum Troianos. Non ἀποφατικόν.

I. Poſt huiuſmodi uerba: uereor, metuo, caueo, ſequente Ne.

Cic. ad Q. frat.

Quod ante abfuiſti, uereor ne ſatis diligenter in ſenatu actum ſit de literis meis. pro ne nō ſatis. *Idem ad Attic.*

Si manet, uereor ne exercitum firmum habere poßit. pro ne non poßit.

II. Poſt non modo: ſicut Græcè poſt ὀυχ ὅπως. *Cic pro Sextio.*

Cum illi ſoli eſſent præter illum flagitioſum tribunum plebis, duo reip. turbines, qui non modo præcipitanti patriæ ſubuenirent: ſed etiam nimis tarde concidiſſe mœrerent.

Idem de Perfecto Oratore.

Nam ſic in epularum apparatu à magnificentia recedens, non ſe parcum ſolum, ſed etiam elegantem dici uolet. Pro non modo non ſubuenirent: & non ſolum non parcum.

Eclipſis

ECLIPSIS Coniunctionum.

Copulatiuæ. I. ubi celeritati ſtudetur.

Verg.

— Alij naualibus ite,
Ferte citi ferrum, date uela, impellite remos.

Terent. And. Scen. 1.

Ad ſepulchrum uenimus, in ignem poſita eſt, fletur.

Hanc τῶν συμπλεκτικῶν συνδέσμων ἔκλειψιν, Rhetores ἀσύνδετον, καὶ διάλυτον, uocant.

II. Deſiderantur quoq; inter duo κόμματα, hoc eſt, inciſa, uel quaſi dictiones.

Martialis.

Excipe hos, illos, & tota ſurgere cœna.

Idem.

Atq; inter menſas ire, redire ſuas.

Cicer. Attic.

Ne forte aut abſim cum ueniet, aut curſem huc illuc uia deterrima.

III. In numeris etiam ſæpiſſime deſunt copulatiuæ. Vt:

Vixit uiginti unum annnos. Vbi particula ſubijcienda, & mutandus eſt ordo.

IIII. In omni diſtributione omittitur copulatiua.

Verg.

Vel aliter deſiderantur.

Cicero.

Quando enim frequentiſsimo ſenatu quatuor, ad ſummum quinque ſunt inuenti, qui Milonis cauſam non probarent. Deeſt enim uel, ſiue aut.

Cauſales αἰτιολογικαὶ diuerſorum generum.

Enim uel alia ſimilis ſignificationis.

Terent.

Obſeruerbam mane illorũ ſeruulos uenientes, aut abeuntes, pro obſeruabam enim.

Idem in Adelph.

Hæc cum illi Mitio dico, tibi dico, Tu illum corrumpi ſinis. Feruentiorem compoſitionem Donatus inquit eſſe ἀσύνδετον.

Verg.

— Nunquam imprudentibus imber
Obfuit, aut illum ſurgentem uallibus imis
Aëriæ fugere grues. pro aut enim illum.

Idem.

At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem
Ventus erit. Vento ſemper rubet aurea Phœbe.
pro Vento enim.

Vt τελικὸν ἢ ἀποτελεσματικὸν. i. finale aut perfectiuum ante ſubiunctiua uerba. præcipuè poſt uerba, uolo, nolo, malo, precor, rogo. &c.

Cicero

Cicero.

Tu uelim, deſinas iam literis noſtris uti.

Idem.

Nolim me iocari putes.

Item poſt oportet & neceſſe eſt, & licet.

Cicero.

Hominem occidat oportet: qui ueſtra opera uti uelit. Idem.

Hoc tu meum conſilium laudes neceſſe eſt.

Idem:

Caue enim putes, pro caue ut putes.

NE finale.

I. Poſt uerbum Caueo, Vt:

Cicero.

Caue credas. Item:

Caue titubes.

II. Poſt uerbum licet perpetuo ut deſideratur, ut, *Licet facias. Licet uenias*

QVOD ἐδικὸν; I.

Vt: *Volo ſcribas pro quod ſcribas.*

Velim nos facias certiores. pro quod facias;

II. Deinde poſt uerba quæ in infinitum feruntur: quando infiniti ſolutionem per uerbum potius uſurpare libet.

Cicer.

Cicero ad Q. Fra.

Non prætermittam ne illud quidem M. Furium Flaccum equitem Romanum, hominem nequam Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt. pro quod eiecerunt.

Terent.

Audiui Archillis, iamdudum Leſbiam adduci iubes. i. quod iubes.

Idem.

Hoc ſigni eſt, ubi primum poterit, ſe illinc ſubducet ſcio. Hoc ſigni, unde ſcio, quod ubi poterit ſe illinc ſubducet. Etſi Linacer uerbum, Scio, per παρένθεσιν legere malit.

Quod, ut, ne, poſt uerba cenſeo, ſuadeo, nuncio, dico, caueo, facio.

Cicero.

Treuiros uides cenſeo.

Idem:

Id ſi eſt, eſſe dum aliquando ſuadeo capias.

Vt, uel quòd deſideratur, poſt uerba: puto, opinor, credo, arbitror, fateor.

Cicero.

Niobe fingitur lapidea, propter æternum in luctu ſilentium.

Terent.

Eius ante cauſa, quæ erat mortua.

In his ſupplere licet quod deeſt, uel per quòd: propter

propter æternum in luctu ſilentium, Vel per ut: ſic: propter æternum ut credo ſilentium.

Si σιωπητικῶ.

Iuuenalis

Græculus eſuriens in cœlum iuſſeris, ibit, pro ſi iuſſeris.

Martialis.

Ergo ero Vergilius: ſi munera Mecœnatis Des mihi: Vergilius non ero, Marſus ero. i. Si non ero Vergilius, ero Marſus.

Terent. Eunucho.

Negat quis, nego.

Idem.

Quam fortunatus ſum cæteris rebus, abſque hæc una foret. Pro ſi negat: ſi abſque foret. i. ſi abeſſet.

Horatius.

— Decies centena dediſſes
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis —

Verg.

— Tu quoque magnam
Partem opere in tanto, ſineret dolor, Icare haberes. pro ſi dediſſes, ſi ſineret.

Si non, uel ſi aliter.

Quintil.

Aut dicant iſti mihi, quæ ſit alia ratio diſcendi pro aut ſi ita non eſt, dicant iſti mihi. Eſtque

hæc

hæc ratio apud Græcos frequens.

Deſunt identidem συλλογιστικαὶ collectiuæ, uel illatiuæ.

Igitur uel quare.

Verg.

Ceßi & ſublato montem genitore petiui. Pro igitur ceßi. Seruius.

Ouidius.

Hunc quoq; ſyderea qui temperat omnia luce
Cepit amor ſolem: ſolis referamus amores.

Terent.

Hac non ſucceßit, alia aggrediamur uia. pro ergo alia &c. Horatius.

Audiet ciues acuiſſe ferrum.

Et paulo poſt:

Quem uocet diuûm populus ruentis imperij rebus. Porphirio ſubaudit itaq;, & ergo. Ac hunc tranſeundi morem ſine coniunctionibus familiarem huic Poëtæ eſſe ſcribit.

Ἐναντιωματικαὶ.

Cic. pro Archia.

Qui ſedulitatem mali Poëtæ duxerit, aliquo tamen præmio dignam.

Pro Milone.

Qui nondum libera ciuitate: tamen populi Rom. comitijs liberatus eſt. Pro quamuis mali, & quamuis nondum.

Ἐπιλεκτική *Quàm poſt plus, minus, & amplius* συγκριτικὰ μόρια.

Terentius.

Accede ad ignem hunc: iam caleſces plus ſatis. Quanquã Donatus hic πλεονασμὸν *malit eſſe.*

Idem:

Plus millies audiui.

Liuius.

Hoſtium plus mille cæſi, Romanorũ minus mille interempti.

Eadem electiua coniunctio cum adiuncto aliquo pro conditione materiæ: ut poſt comparatiua, quoties abſolutè proferuntur.

Terent.

Liberius uiuendi fuit poteſtas. ſ. quam ante.

Idem:

Vbi ſi qua eſt habitior paulo, pugilẽ eſſe aiunt. ſ. quam aliæ, uel ſimile quiddam

Eadem particula deſiderari uidetur etiam, aut ſimile aliquid: cũ illa ſimilitudinis aduerbia: tam, ita, perinde, adeo, poſt negatiuam abſolute ponuntur. *Terent.*

Non ita diſsimili ſunt argumento.

Cicero.

Nec ita multo poſt edictum Bruti affertur & Caſsij. *Verg.*

Nec ſum adeo informis: nuper me in littore uidi,

H

Idem.

Non obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni.
Nec tam auerſus equos Syria ſol iungit ab urbe
licet alij per hæc interpretentur.

ἀπορηματικὴ dubitatiua, An.

I. Semel: cum in priori ſenſu nec ipſa, nec eius ſυνώνυμος Ne, adhibetur.

Cic. in Partitionib. orat.

Rurſus ſuperioris generis ſunt tria: ſit, nec ne ſit: quid ſit: quale ſit. pro an ſit.

II. Alias bis.

Cic. de Nat. Deorum.

Nec uero Protagoras, qui ſe negat omnino de Dijs quid liqueat ſcire, ſint, non ſint, qualéſue ſint, quicquam uidetur de natura Deorum ſuſpicari.

Terent.

Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; æquum, neq; bonum ſciunt, melius, prius, proſit, obſit, nihil uident?

Horat.

Ludere par impar: equitare in arundine longa.

Eclipſis Interiectionum.

Sunt etiam ἐλλειπτικαὶ quædam loquendi formæ, in quibus Interiectio ſubintelligenda eſt.

Terent.

Me miſerum. Subauditur enim O uel Heu.

Sed hæc de ſingularum partium ἐλλείψει: cui ſubijciunt quoq; ἀποσιώπησιν: in qua quod orationi deeſt,

deeſt, aliunde petendum eſt. Ac quanquam hæc quoq; figura inter exornationes artis dicendi reperitur: hoc tamen etiam in loco: ut uerba quæ deſunt, rectè & legitime ſuppleri & ſuppeditari poſsint, paucis debet conſiderari.

Ἀποσιώπησις.

Hic uocabulum aliquod non quia certum eſt, uel quod ipſa conſuetudine ſubaudiri ſolet, prætermittitur: ſed uel

- Affectu aliquo. Idq; multis modis Aut
  - Ira,
  - Pudore.
  - Timore, & religione.

  Vocaturq; παθητική.
- Tranſitus cauſa ad aliud, quod magis urget. Et dicitur μεταβατική.

Exempla.

Iræ ἀγανακτήσεως καὶ ὀργῆς.

Verg. Aen.1.

Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus

Pudore αἰσχύνῃ.

Verg.

Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hirquis

Timore uel religione φόβῳ.

Cicero.

De noſtrum enim omnium: non audeo totum dicere. *Idem.*

Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæſari.

Tranſitus ad aliud gratia.

In illo quod Quintil. affert. Communis autē; tametſi ignoſcite mihi Iudices.

Donati diſtinctio.

In Ἀποσιωπή*ſ*
uel aliquis
- *Per ſeipſum tacet, & ad aliud tranſit.*
- *Tacet nec ultra aliquid loquitur.*
- *Perſonæ alterius interuentu tacet.*

Exemplum primi generis

Terent.

Ecce autem de integro, niſi quicquid eſt, uolo ſcire. *Verg. Aen.2.*

Nec requieuit enim donec Calchante miniſtro,

Sed quid ego hæc aut. &c.

Secundi,

Secundi.

Terent. Adelph.

Iam ſi uerbum ullum poſthac.

Tertij.

Idem in Heauton.

Ita res eſt nunc, quaſi cum. Interpellat. ne Clitipho. Quas malum, ambages mihi narrare occipit?

Idem in Phorm.

Demiphonem ſi eſt domi uiſam, ut quod. Demipho Nos ad te ibamus Phormio. Phor. De eadem hac fortaſſe cauſa.

ΣΧΗΜΑΤΑ ΠΛΕΟΝΑΣΤΙΚΑ:

Atq; hæ ſunt ἐλαττωτικαὶ *dicendi formulæ, de quibus apud Grammaticos ea quæ propoſuimus, dantur præcepta: ſequuntur figuræ his contrariæ: in quibus unum aut plura uocabula ad rectã uerborum ſtructuram non neceſſaria, in oratione redundant. Sunt autem earum tres: prima generali appellata nomine* πλεονασμὸς: *altera* ἐπανάληψις, *de qua tamen infra commodius dicetur: tertia* πάρελκον. *Sed agemus primũ de Pleonaſmo.*

ΠΛΕΟΝΑΣΜΟΣ.

Nominum, & primum appellatiuorum.

Verg.

Sic ore locuta eſt.

Terent.

Hiſce oculis ego met uidi.

Sic genitiui Loci, & Gentium.

Idem.

Te interea loci cognoui.

Nonnunquam tamen ἐπίτασιν aliquam adijciunt.

Idem.

Sed ubinam gentium eſt?

In appoſitione quoq;, ſi ſpeciale præcedit generale: ipſum generale, Quintiliano redundat.

Cicero.

Procles & Caliſthenes Lacedæmoniorum reges gemini fratres fuerunt. Quod intelligendum eſt de ijs quæ publice ſunt nota. Nam aliquando non abundat: cum ſcilicet ſpecies ignotior eſt, quam ipſius genus: ut ſupra in ἐπεξηγήσει oſtendimus. *Homo.*

Terent.

Ego hominem callidiorem uidi neminem, quã Phormionem. *Cicero.*

Neminem tibi profecto hominem ex omnibus aut antepoſuiſſem unquam, aut etiam comparaſſem. *Dies.*

Cæſ.

Diem dicunt, qua die ad ripã Rhodani omnes conueniant, is dies erat ad quintum Calendas Aprilis.

Oppi-

Oppidum.

Idem.

Extremum oppidum Allobrogum eſt, proximumq́ Heluetiorum finibus Geneua: ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet.

Adiectiuorum.

Cicero Verr.

Omnia quæcunq; Carpinatus poſtulabat, facere & decernere ſolebat. Satis enim fuerat, quæcunq;.

Terent.

Comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam attinere. Vbi Donatus παρέλκον ait eſſe illud quicquam.

Paruus & minutus, cum diminutiuis adduntur.

Cicer. Parad.

Accipies igitur hoc paruum opuſculum.

Idem:

Minutis interrogatiunculis, quaſi punctis id quod propoſuit, effecit.

Quid, ſecundum morem, ut Donatus inquit, quotidianum in interrogationibus dicitur: cum tranſitus fit à mentione alterius rei in alteram.

Cicer. Partit.

Quid orationis quot partes? Idem: Quid quæſtio, quas nam habet partes? Et: Quid in deliberatione quid ſpectas?

Item:

Quid in iudicijs, quæ eſt collocatio?

Terent.

Quid ſenem, quo ad expectatis ueſtrum? Idem:
Quid pædagogus ille qui cithariſtriam, quid egerit?

Pronominum πλεονασμὸς.

I. Geminatorum in accuſatiuo, & ablatiuo alterum redundat.

Verg.

Me me adſum, qui feci, in me conuertite ferrum.
O Rutuli.

Item:

Verte omnes tete in facies.

Terent.

Quæ ſeſe in ignem inijcere uoluit.

Cic. in Philip.

Tu tu faces illas incendiſti.

Ille ἀναφορικὸν ſæpe Græco & Homerico more ſupereſt.

Vergil. Aen. 1.

Multum ille & terris iactatus & alto,
Vi ſuperum.

Idem.

Nunc dextra ingeminãs ictus, nũc ille ſiniſtra.

Hic.

Liuius.

Ita geniti atq; educati, cum primum adoleuit ætas, nec in ſtabulis, nec hi ad pecora ſegnes uenando peragrare ſaltus.

Is.

Is.

Terent.

Tum hoc alterum, id uero eſt, quod ego puto palmarium me reperiſſe.

Verg.

Sed reuocare gradũ, ſuperasq; euadere ad auras Hoc opus hic labor eſt. Satis enim fuiſſet, ſi dixiſſet: ſuperasq; euadere ad auras eſt opus & labor, ſed minus uehemens fuiſſet oratio.

Terent.

Pamphilus ubi nam hic eſt?

Cic. Attic.

Poſthumius autem de quo nominatim ſenatus decreuit, ut ſtatim in Ciciliam iret, Euſanoq; ſuccederet: is negat ſe iturum ſine Catone.

IPSE ἐπιταγματικὸν, ſiue ſubiectiuũ, quoties poſt Met, diſcretionis particulam adhibetur.

Terent.

Sed quod modò hic nos Antiphonem monuimus: id noſmetipſos facere oportet Phædria.

Cicero 1. Off.

Niſi nos metipſos ualdè amabimus.

Redundantia Verborum.

Dico.

Cicero.

Cui cum familiaris quidam quereretur, quod

diceret, uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu.

Idem.

Gregalesq́ eum, cum non ueniſſet in campum, requirerent, excuſauit Veſpa Terentius, quod eum brachium fregiſſe diceret.

Vbi Diceret abundat.

Et Pro lege Man.

Reliquum eſt, ut de Q. Catuli autoritate decendũ eſſe uideatur. Satis enim eſſet. ut dicatur.

Eſt, cum particula Vt.

Teren. in Hecyra.

Si eſt, ut uelit reducere uxorem licet, pro ſi uelit. Idem in Phorm.

Si eſt patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit. pro ſi admiſit Donatus.

Πλεονασμὸς Aduerbij.

Terent. in Phorm.

Negat, neq; eius patrem ſe ſcire qui fuerit? negat. Neq; Stilphonem ipſum ſcire, qui fuerit? Negat. Integrũ enim eſt, & φράσις ἐντελὴς, ſi demas neq; Sic Græci ἐξαρνός ἐστι, μηδ' ἰδεῖν με πώποτε.

In his enim eſt ὑπαλλαγὴ Græca.

—Neq; ſe fore poſthac
Tam facilem dicat.

Sic Græci:

ὄν φασι παραγενέσθαι pro φασὶν ὄν παραγενέσθαι:

Homi. β Iliad.

Οὐ γὰρ ἐγὼ σέο φημὶ χερειότερον βροτὸν ἄλλον ἔμμεναι.

Ariſtoph.

ὦ τοῦτο γένοιτ' ὦ ποθεινοὶ ὑμᾶς, οὔ φημ' ἂν λυσιτελεῖν σφῷν.

Ἑλληνισμοί.

Participiorum πλεονασμοί.

Verg.

Oeſtrum Græci uertere uocantes.

Idem in Georg.

Sæpe uolutabris pulſos ſyluestribus apros
Latratu turbabis agens.

In Æneide.

— Et diuûm amplexæ ſimulachra tenebant.
Et rurſus — Clipeoq́; ſiniſtram,
Inſertabam aptans.

In his enim redundant participia illa: Vocantes, Agens, Amplexæ, Aptans. Vel eſt ἔλλειψις *pronominis, Illum, illos, uel illa.*

Ariſtoph.

ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι. *Idem.* φέρε νῦν νομίζω χάρισι, τὰ καταχύσματα ταυτὶ καταχέω σου λαβοῦσα. *Idem.* ἥκω δ' ἰδὼν ἐρᾶς ἀνύσας κνισμόν τινα.

Pleonaſmus Præpoſitionum.

I. Eæ quæ cum uerbis componuntur, etiam quædam ſuperfluunt.

Ad.

Terent.

Adeon' ad eum?

Saluſt.

Saluſt.

Tanta uis auaritiæ in animos eorum, ueluti tabes inuaſerat. Salua enim tam ſententia, quã conſtructione demi illic Ad poteſt, hic In.

Ἀρχαϊσμὸς.

Hunc πλεονασμὸν in alijs quoq; præpoſitionibus affectat antiquitas.

RE.

In compoſitione non minus apud præſtantiſsimos autores ſæpe abundat.

Cic. de fato.

Ad Chryſippi laqueos reuertamur. Nihil enim aliud uult dicere, quam uenimus.

Terent.

Renuncio here futurum pro nuncio, Donatus.

Ad, ab, & per, ante urbium & oppidorum nomina.

Cicero.

Ea die Verres ad Meſſanam uenit.

Idem.

Circiter Idus ſextiles ab Epheſo in Syriam nauibus profectus eſt.

Salluſt.

Nam Brutus ab Roma aberat.

Verg.

– Illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat.

Aduerbiorum Pleonaſmus.

Poſt uerba à Re compoſita, cum Retro ſequitur, uel ipſum Retro abundat, uel certe Re.

Verg.

Aſper acerba tuens retro redit.

Idem:

Et retro ſublapſa referri.

Ante poſt uerba compoſita à Præ.

Terent.

Nonne oportuit præſciſſe me ante?

Simul, cum uerbis à con compoſitis.

Idem:

Multa ſimul concurrunt, qui coniecturam hanc nunc facio.

In quo exemplo qui pro unde accipitur. Niſi ſcribendum ſit quis pro quibus.

Qua longum.

Verg.

Si qua fata ſinant. Idem:

Nec qua ſcire dolos mediúſue occurrere poſſit.

Qua breue.

Idem:

Phœbe diu res ſi qua diu mortalibus ulla eſt.

Negatio.

I. Poſt compoſitam negationem primo loco poſitam, Vt ſunt: Nego, neſcio, nequeo, nemo, nullus, nunquam. Terent.

Terent. Phor.

Negat neq; eius patrem ſcire quis fuerit.

Cic. de Finib.

Sed quanquam negent Stoici nec uirtutes, nec uitia creſcere. Et:

Neſcis nec in pace, nec in bello uiuere.

Cic. in quæſt. Acad.

Nullam deniq; eſſe artem, nec dicendi: nec diſſerendi putant.

Verg.

–Nulla neq; amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbã

Terent.

Agrum in his regionibus meliorem, neq; pretij maioris habet nemo.

Detracta enim una negatione idem ſenſus manet.

II. Aliter quoq; redundat negatio.

Terent.

Ne q; haud tu dicas tibi non prædictum, caue.

III. Cum quadam ui: ubi nimirum per ſecundam negationem aſtruitur aliquid, ueluti maius.

Idem Eunucho.

Non eam, ne nunc quidem, cũ acceſſor ultro?

Cicero ad Lentulum.

Neq; errarent, ne aduerſarij quidem.

His

His per ſimile eſt illud Terentij.

Per omnes tibi adiuro Deos, nunquam eam deſerturum: non ſi capiundos mihi ſciam inimicos omnes homines.

Figura quoq; illa ſuperioribus cognata eſt: qua affirmationem duabus negationibus explicamus: et ſi nihil ad hunc locum faciat. Vt Verg.

Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ
Neſciuere hyemem.

Πλεονασμὸς *Coniunctionum.*
τῶν συμπλεκτικῶν.

Verg. Aen. 1.

Multa quoq; & bello paſſus. Nã hic redundat & . Idem: Atq; hinc atq; illinc humeros ad uulnera durat.

Sæpius autem cum ἐπεξηγήσεως, ἢ ἑρμηνείας ἕνεκα *adhibentur.*

Idem.

Iudicium Paridis. ſpretæq; iniuria formæ.
Sic: Molemq; & montes inſuper altos
Impoſuit.

Vt τελικὸν *cum ei ſuccedit, Ne. Tum enim uel ipſa ocicſa eſt, uel ne pro non accipitur.*

Terent.

Ego pol te pro iſtis dictis & factis ulciſcar ſcelus, ut ne impune in nos illuſeris.

Idem

Idem.

Miſeret me. Itaq; ut ne uiderem miſera, effugi huc foras. Videntur tamen ἐλλειωισμοὶ eſſe: pro ἵνα μή.

NE.

Horat. Serm.

Nemon' ut auarus ſe probet. Sed Priſcianus βεβαιωτικὸν eſſe dicit: pro etiam. Vt apud eundem: Nunccine demum iſthuc uerbũ in te incidit?

ΠΑΡΕΛΚΟΝ

Παραπληρωματικὰ Expletiuæ.

Hæ nihil neq; ad uerborum coniunctionem, neq; ad ſententiæ perfectionem conferunt: ſed tantum uel ornatus τοῦ κόσμου, uel carminis gratia τοῦ μέτρου ἕνεκα uſurpantur.

Vt ſunt: Num, Nam, Dum, In,
Etiamnum, Numnam, &c.

Terent.

Numnam perimus? Idem:

Ehodum bone uir ad me. Et apud eundem: Dic dum. Verg.

Nam neq; Parnaſi nobis iuga, nam neq; Pindi.

Ac quoties apud Poëtas, huiuſmodi particulæ abundant, παρέλκον. i. ſuperfluũ & redundans à Grammaticis dicitur.

Terent. And. Act. 1. Scen. 2.

Sim. Ehodum ad me.

Idem

Idem Eunucho Act.1. Scena.2.

Tute ſcis, poſtilla, quàm intumum habeam te.

Sed infinita huius figuræ exempla cum apud Latinos Poëtas, præſertim Comicos: tum apud Græcos, ac ipſum Homerum uidere licet.

ΣΧΗΜΑΤΑ ποιητικά.

RESTAT *igitur, ut de ijs deinceps agamus, quæ ſunt qualitatis: conſiſtuntq́; in commutatione partim uerborum, & dicitur* ἐναλλαγὴ ἢ παραλλαγή*: partim ordinis, & nominatur* ὑπερβατόν.

ΕΝΑΛΛΑΓΗ.

Ac quemadmodum in ſuperioribus quibuſdam: ita quoq; hoc in loco, Linacrum potiſſimum imitabimur. Qui ita diligenter ea quæ huc pertinent tractauit, eſtq; perſecutus: ut nihil quod ad cognoſcendum neceſſarium eſt, deeſſe uideatur. Græci igitur ἐναλλαγὴν *uocant: quando aut partes orationis inter ſe confunduntur, & aliæ pro alijs ponuntur: aut quando ea quæ partibus adtributa ſunt, ijsq́; accidunt, inter ſe commutantur. Duas enim habet formas: quarum altera eſt partium, quæ Græcis* ἀντιμερία *eſt dicta:* ὅταν τὸ τοῦ λόγου μέρος τι, ἀντὶ μέρους ἑτέρου τάττηται. *Altera accidentium* τῶν τοῖς μέρεσι παρεπομένων, *& appella*

tur ἐπίφρασις: de qua apud Quintilianum etiam libro 9. nonnulla ſunt præcepta.

DE ANTIMERIA.

Partium orationis Enallage quatuor modis fit. Aut enim ponitur pars flexibilis primum pro declinabili: deinde pro inflexili. Aut ea quæ uariari non poteſt tertio loco pro ea quæ flectitur: aut eadem deniq; pro indeclinabili collocatur.

Primum genus.

In quo declinabilium partiũ alia ponitur pro alia. Hoc eſt, uel nomen aut participiũ pro Nomine.

Exempla primi.

Plinius.

Illa contrà urinã ſpargit prudens hanc quoq; leoni exitialem: pro prouidens.

Ita & gnarus ſe peti: apud eundem legitur, pro ſciens. *Verg. Aen. 2.*

Sibila lambebant linguis uibrantibus ora. pro ſibilantia. *Idem.*

—Coruſca
Fulmina molitur dextra. pro coruſcantia.

Alterius exempla.

Pronomen loco nominis.

Verg.

Sunt hic etiam ſua præmia laudi, i. propria.

Terent.

Suus cuiq; mos eſt, i. proprius.

Is, pro talis, uel tantus:

Verg.

Non ea uis animo. i. talis uel tanta.

Eo, quo, pro tanto & quanto.

Cæſ. com.

Eo grauius ferre, quo minus merito populo Rom. accidiſſet.

Cicero ad Appium.

Equidem pro eo quanti te feci, quicquid feceris approbabo.

Exempla tertij.

Verbum pro Nomine.

Ouidius.

Sæpe uale dicto rurſus ſum multa locutus.

Perſius

Scire tuum nihil eſt: niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Idem.

Et noſtrum illud uiuere triſte.

Martialis.

Velle tuum nolo Dyndime, nolle uolo.

Exempla quarti.

Participium pro nomine.

Saluſt.

Alieni appetens, ſui profuſus pro appetitor, & profuſor.

Sumitur etiam pro uerbo.

Idem: Prius quàm incipias conſulto, & ubi

conſulueris, maturè opus eſt facto pro conſuli, et fieri. Terent. in Hecyra.

In arcem tranſcurſu opus eſt, i. tranſcurri. Etſi Donatus ibi pro tranſcurrere exponit.

Altera forma τῆς ἀναμετρίας.

In hac ſpecie pars declinabilis, pro indeclinabili collocari ſolet. Nam primum aut nomen præpoſitionis loco ponitur, aut pro aduerbio. Deinde pronomen relatiuum pro aduerbio uſurpatur. Tum uerbum pro participio. Poſtremo ſæpe participium pro aduerbio collocatur.

I. Nomen pro Præpoſitione.

Secundum pro κατά

Quintil.

Secundum conſuetudinem.

Pro aduerbio:

Verg.

Sole recens orto, aut noctē ducentibus aſtris pro recenter. Sic:

Toruum clamat: ſublime uolat: magnum ſtridens. pro toruè ſublimiter, ualdè.

Sic aliqui Datiui in o Vt, certo ſcio. pro certè. Itē: ſedulo, optato, falſo. pro ſedule optatè falſē.

Vero pro uerè Quod tamen aut pro aduerbio βεβαιωτικῷ, i, cōfirmandi ſiue cōſentiendi ſumitur.

Cicero.

Ego uero Serui uellem: in meo grauiſſimo caſu adfuiſſes. Aut

2. Aut pro particula ἐρωτικῇ.

Verg.

Egregiam uero laudẽ, & ſpolia ampla refertis,
Tuq; puerq; tuus.

3. Aut pro coniunctione διακριτικῇ: cũ Quidem eam præcedit.

Cic. de Orat.

Poeta numeris eſt aſtrictior paulo, uerborũ autem licentia liberior: multis uero ornandi generibus ſocius, ac penè par.

4. Eſt etiam παραπληρωματική quæ uel explendi, uel ornandi cauſa uſurpatur.

Terent.

Id uerò eſt, quod ego puto mihi palmarium me reperiſſe.

5. Pro interiectione σχετλιαστικῇ. i. ſtomachantis etiam accipitur.

Idem: Eunucho.

Moue uero ocius te nutrix.

Subſtantiua pro aduerbio, τὰ προσηγορικὰ ἀντὶ τοῦ ἐπιῤῥήματος.

Vt, Et Bacchanalia uiuunt pro Bacchanaliter. Exponitur tamen eiuſmodi loquendi forma, per hos ablatiuos, More, uel ritu. Vel illa uerba: Exhibet, repræſentat, præfert. Vt: Nec uox hominem ſonat: i. ritu uel more homi-

nis: uel repræſentat, uel præfert hominem. Sic enim uidetur locutus eſſe.

Verg. 10.

Frons hominem præfert.

Quid pro quorſum, uel ad quid.

Verg.

Quid tibi odorato referam ſudantia ligno,
Balſamaq́; & baccas ſemper frondẽtis acanthi?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?

Idem:

Quid maiora ſequar?

Nullus pro non.

Cicero.

Philotimus non modo nullus uenit, ſed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem fecit me, quid egerit.

Idem:

Quærit ex proximo uicino, num feriæ quædã piſcatorum eſſent: quod eos nullos uideret.

Terent.

Etſi nullus dixeris

Nomen pro Interiectione.

Terent.

Quid, malum, alij.

Pronomen pro coniunctione.

Idem pro etiam.

Cicero Off. 1.

Huic

Huic eſt coniuncta beneficentia, quam eandē uel benignitatem, uel liberalitatē appellare licet.

Item pro aduerbio: ut Hic, quando in loco: Hoc, Eo, Illo, Quo, quando ad locū ſignificant.

Cicer. ad Q. Frat.

Ita omnia cōueſtiuit hedera, quà baſim uillæ, quà intercolumnia ambulationis.

Quod, pro cur, uel quamobrem.

Verg. Bucol.

Si ad uitulā ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes.

Cic. Terent.

In uiam quod te des hoc tempore nihil eſt.

Idem pro Roſcio Amer.

Credo ego uos mirari Iudices, quid ſit, quod ego potiſſimum ſurrexerim.

Quo pro quia.

Terent.

Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam, eo feci.

Eo pro propterea.

Cæſar comment.

His Cæſar ita reſpondit: eo ſibi minus dubitationis dari, quod eas res, quas legati Heluetij commemoraſſent, memoria teneret.

Quod pro quia.

Cic. Attic.

Quod ſcribis de Hermathena per mihi gra-

tum eſt ornamentum Academiæ proprium meæ. Quod & Hermes commune omnium, & Minerua ſingulare eſt inſigne eius gymnaſij. i. Quia. Idem:

Vtinam illum diem uideam, cum tibi agam gratias, quod me uiuere coëgiſti.

Et pro ſed, uerum, uel at: ac ferè cum Si, uel Niſi iungitur.

Terent. Phorm.

Quod ſi tibi res ſit cum lenone, qui cum mihi.

Verg.

Quod niſi & aſſiduis terrã inſectabere raſtris.

Pro quare, uel itaq;.

Terent.

Quòd te per hanc dextram oro. Quanquam alij talia per ἔλλειψιν τῆς προθέσεως Poſt interpretantur.

Eadem præpoſitio ſumitur pro quadam tantummodo continuatione uel connexione, quoties ei Vtinam εὐκτικὸν ἐπίῤῥημα adiungitur.

Cic. Terentiæ.

Cum ad uos ſcribo, aut ueſtra lego, conficior lachrymis, ſic ut ferre non poſſim: quod utinam minus uitæ cupidus fuiſſem, certè nihil, aut non multum in uita mali uidiſſemus.

Pro utinam autem fuiſſem.

Item pro ὅτι διαβεβαιωτικῶς, ut in talibus. Scio,

quod

quod ſcribis, uel ſcribas.

Et pro καθότι ἢ καθ' ὅσον, ſeu quatenus.

Terent.

Hæc omnia confingam, quod erit mihi bonũ, atq; commodum.

Cic. ad Attic.

Nunc uero cenſeo, quo commodo tuo facere poteris, uenias ad id tempus, quod ſcribis.

Terent.

Tune has pepuliſti fores? Non equidem iſtas, quod ſciam Idem:

Prodidiſti te atq; illam miſeram, & gnatum, quod quidem in te fuit i. quantum.

Cic. Terentiæ

Tu uelim quod cum commodo ualetudinis tuæ fiat, quam longiſsime poteris obuiam nobis properes. i. quantum.

In illo autem & cæteris relatiui natura uiſer uat κατὰ τὴν τῆς πτώσεως ἐναλλαγήν.

Terentius.

Sed ſi quid ſit, quod mea opera opus ſit: aut tu plus uides, quam ego, manebo. Pro in quo.

Verbum, uel ſenſus pro aduerbio: ut, amabo te, ſodes, ſis, ſultis.

Cic. Att

Sed amabo te, nihil incommodo ualetudinis tuæ feceris.

Secundo loco pro deinde.

Cic. Lentulo.

Facile ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem uideo in tuis rebus.

Verbum pro Coniunctione.

Martialis.

Tu Cæſar uel nocte ueni, ſint aſtra licebit,
Non deerit populo, te ueniente dies. Pro quamuis. Sic & licet.

Participium pro aduerbio.

Terent.

Ego uero ac lubens.

Verg.

—At belua Lernæ
Horrendum ſtridens. pro horrende.

Item, nomen participiale pro Interiectione.
Idem: Nauibus, infandum, amiſſis.

Tertium genus: in quo ponitur indeclinabile pro declinabili.

I. Præpoſitio pro uerbo.

Vt: Nec fuga iam ſuper ulla, pro ſupereſt.

Pro participio.

O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago, pro περιοῦσα.

II. Aduerbium pro nomine Adiectiuo.

Terent.

Sic uita erat. i. Talis.

Et, Eſt Dijs gratia, quum ita eſt ut uolo.

Idem:

Atq; hæc perinde ſunt, ut illius animus eſt, qui illa poßidet. pro talia & qualia.

Corn. Balb. & C. Oppius Ciceroni.

Nedum hominum humilium, ut nos ſumus: ſed etiam ampliſsimorum uirorum conſilia. i. quales.

Vt ut. pro qualiſcunq;.

Terent.

Vtut erat manſum tamen oportuit.

Aduerbia pro Nominibus.

Terent. Phorm.

Vt bene ſit tibi. Idem:

Alijs quia defit quod ament, ægre eſt.

Verg.

– Terrorum & fraudis abunde eſt.

Martialis.

Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle.

Pro bonitas, ægritudo, abundantia, & ſufficientia.

Pridie quoq; & poſtridie, & ante cum præpoſitionibus ſubijciuntur.

Cic. Attic.

De Q. Fratre nuncij nobis triſtes, nec uarij

uenerat

uenerant ex ante diem Non: Iunij, uſq; ad pridie Calendas.

Partim pro quidam.

Partim hominum uenerunt, pro pars hominum .i. quidam homines.

Et: Cum partim hominum. pro cum quibusdam hominibus.

Amplius, plus, minus, cum aduerbiorum aſſumunt naturam, pro comparatiuis nominibus.

Plinius 10.

Plus uicena quina oua incubanda ſubijci uetant .i. plura quam uicena. &c.

Idem:

Incubant totidem dies, nunquam plus ternos. pro plures quam ternos.

Liuius.

Hoſtium plus mille cæſi, Romanorum minus mille. pro plures quam mille, & pauciores quam mille.

Cælius Ciceroni

Amplius duorum millium terga uerterunt, i. plures numero duorum millium.

Alio etiam modo aduerbia loco nominum uſurpantur.

Perſius.

Heſternum cras abijt.

Martialis

Martial.

An dieris cum grande σοφῶς.
Niſi τεχνικῶς ἢ σοφικῶς accepta ſint.

Aduerbium loco pronominis.

Terent.

Hinc illæ lachrymæ.

Vergil. Aen. 2.

Huc delecta uirûm ſortiti corpora furtim. pro in hunc equum.

Et loco relatiui, ſed ad tempus relati.

Cic Attico.

Tuas 10. Cal accepi literas, quibus omnia cõſilia differs in id tempus, cum ſcierimus quod actum ſit. cum pro quo.

Idem ad eundem.

Vtinam illum diem uideam, cũ tibi agam gratias, quod me uiuere coëgiſti. pro quo die.

Item pro eodem relatiuo cum præpoſitione.

Verg.

—Genus unde Latinum pro à quo.

Cicero.

En crimen, en cauſam, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet. i. propter quam.

Coniunctio pro Nomine.

Verg. 6.

—Illius ergo

Venimus et magnos Herebi tranauimus amnes pro illius cauſa. Cic.Terent.

Eſt autē in officio Orpheus. preterea magnopere nemo cæterorum ſeruorum.

Idem pro Cn.Pomp.

Eundem ab hoſtibus metui, prætereà neminem. pro præter eum.

QVARTVM Genus.

Vbi indeclinabile pro declinabili collocatur.

Præpoſitio pro aduerbio Abſq;.

Terent.

Quàm fortunatus ſum cæteris rebusq; hæc una foret, i. χωρὶs uel ſeorſum, uel ſecus.

Ante: Vergil.

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui, proprius.

Circa.

Cic. ad Attic.

Noſtram ambulationem & Laconicum, eaq; quæ circa ſint, uelim cum poteris inuiſas.

Circiter.

Idem ad eundem: Verum hæc in Arpinati ad ſextum circiter Idus Maias non defleamus, ne & operam, & oleum Philologiæ noſtræ perierit. Sed conferamus tranquillo animo.

Circum. Verg.

Anna uides toto properari littore circum.

Contra

Contra.

Idem:

Et Veneris cõtra ſic filius orſus,pro inuicem.

Coràm.

Coram quem queritis adſum.

Clam.

Idem: Clàm ferro incautum ſuperat.

Extra.

Perſius.

Pinge duos angues,pueri,locus eſt ſacer,extra Meiete.

Iuxta,

Saluſt. in Iugurtha.

Hyemem ... æſtatem iuxta pati, pro æquè.

Ponè.

Verg.

–Pars ...ætera pontum

Ponè legit.i.à tergo,uel poſt tergum.

Propè.

Terent.

Propè adeſt . cum alieno more uiuendum eſt mihi.

Poſt.

Verg.

Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis, pro poſtea.

Palàm.

Terent.

Si falſum,aut fictum,aut uanum eſt,continuò palàm eſt.

Præ.

Præ. Idem:

I præ, ſequar.

Supra.

Salluſt.

Pauca ſuprà repetam.

Secundum.

Plautus Amph.

I tu ſecundum, ſequar.

Subter.

Verg.

–Subter (mirabile dictu.)
Tot linguæ.

Super. Idem:

–Satis una ſuperq́;
Vidimus excidia.

Secus.

Cicero Attic.

Q. Frater purgat ſe mihi per literas, & affirmat nihil ſe cuiquam de te ſecus eſſe dictum. pro malè uel inimicè

Vltra.

Nil ultra facies.

Vſq; quando præpoſitioni adiungitur.

Vt: uſq; ſub obſcurum noctis.

Præpoſitio pro Coniunctione.

Salluſt.

Præter rerum capitalium condemnatis. pro

præter

præterquam: quæ à Donato quoq; inter coniun-
ctiones numeratur.

Aduerbium pro præpoſitione.

Verg.

Tale intus templo diuûm patrioq; Latinus.
Sede ſedens. Verum hoc in carmine σχηματογρα-
φικόν eſt. In proſa uero σολοικισμός.

2. Pro Coniunctione, ut τὰ τῆς συναθροί-
σεως, præſertim geminata,

Copulatiua.

Verg.

Vna ingens Periphas, & equorum agitator
Achilles,
Armiger Automedon, una omnis Syria pu-
bes
Succedunt tecto.

Quum, pro poſtquam.

Plaut. in Trucul.

Iam biennium eſt: quum me cũ ille eſſe cœpit.

Et pro copulatiua.

Verg.

Vix hæc ediderat, quum effuſis imbribus atra
Tempeſtas ſine fine furit.

Cic. de Orat.

Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone co-
hortationis meæ. cũ iſte accuſauit Caium Nor-
banum. pro & Iſte.

Simul pro poſtquam, eſt uel aduerbium uel coniunctio.

Ouid.

Nam ſimul aſpexit dicta acceptaq́; ſalute.

Cæſar.

Noſtri ſimul in arido conſtiterunt ſuis omnibus conſecutis, in hoſtes impetum fecerunt.

Vt, pro Poſtqnam.

–Vulgi quæ uox ut uenit ad aures.

Sic ubi, pro poſtquam.

Verg.

Ille ubi naſcentem maculis uariauerit orbem.

Terent.

Vbi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta, deſinent.

Statim, protenus, continuo ſubiecta negationi, pro Ideo accipiuntnr.

Cicero.

At ſi illæ ſeditiones ſaluti huic ciuitati fuiſſent: non continuò ſi quis motus populi factus eſſet: id Caio Norbano in nefario crimine & fraude capitali eſſet ponendum.

Cum interrogatione.

Quintil.

Continuò ne ſi ille ſtultè cogitauit, nobis ſtultè dicendum eſt?

Coniunctio pro aduerbio.

Atq.

Atq; pro ſtatim.

Verg. Georg. lib. 1.

Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

Et, pro ὥστε Græco.

Cic. Attic. lib. 10. Ep. 11.

Vide quam turpi leto pereamus, & dubitari poteſt quin ille ſeu uictor redierit, cædem factu rus ſit?

Verg. lib. 1. Aen.

Et quiſquam numen Iunonis adoret
Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem?

Etiam pro Sic, uel Ita.

Cic. pro Roſcio.

Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiam, quamobrem cum cætera nomina in ordinem refe rebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduerſarijs relinquebas?

Quoq; pro Sic, uel Ita.

Cic. de Diuinat. lib. 2.

Qui magis anguibus quàm lacertis quàm mu ribus, quia ſunt hæc quotidiana, angues nõ item.

Sed pro Imò.

Plaut. Caſ. Act. 3. Scen. 5.

Habet gladium, ſed duos, pro imò duos.

DE ALTERA ENALLAges parte, quæ dicitur ΕΤΕΡΩΣΙΣ.

AC de Enallage quidem partium orationis hactenus eſt explicatum: Deinceps uero de ea ſpecie, qua illarum accidentia inter ſe commutantur, quã ἑτέρωσιν uocari diximus, agamus.

Latiſsime patet ea Enallages pars, quæ per accidẽtia partium inter ſe fit: i.
- Species τῶν δ'
  - Nominum.
  - Pronominum.
  - Verborum.
  - Participiorum.
  - Adverbiorum.
  - Coniunctionum.
- Caſus, & appellatur ἀντίπτωσις.
- Genera.
- Numeros— Huc refer
  - σύνθετον.
  - συνεκδοχικῶς
- Perſonas— Ad hanc pertinet Euocatio.
- Modos.
- Tempora.

HETEROSIS Specierum & primum Nominis.

Propria pro poſſeſsiuis ſuis apud Poëtas aliquoties ponuntur. Verg.

—*Et Dardana ſuſcitat arma. pro Dardania.*

Idem lib. 2. Aen.

—*Laticemque Lyæum. pro Lyæium.*

Hor. in arte Poët.

Vos ô Pompilius ſanguis —

Proprium pro Adiectiuo.

Tullius eloquio, viribus Milo. Significatur enim magnus, uel ualens. Itemque etiam ἔκληψις dici poteſt.

Appellatiuum pro participio.

Saluſt. de coniur. Catil.

Pars ingenium, alij corpus exercebant. pars pro alij.

Abſolutum ὀνοματικὸν pro comparatiuo ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ ἢ παραθετικοῦ.

Terent. Heaut. Act. 2. Scen. 1.

Paulo qui eſt homo tolerabilis, ſcortari crebro non uult. pro tolerabilior.

Cic. lib. 8. Ep. 15. ad Attic.

Vt non ſolum glorioſis conſilijs utamur: ſed etiam paulo ſalubrib. Si locus nõ eſt corruptus.

Contrà, Comparatiuum pro Abſoluto,

Cic. Off. 1.

Cum duo ſint genera decertandi: unum per diſceptationem, alterum per uim. Cumque illud ſit proprium hominis, hoc belluarum: confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore. pro ſequens & præcedenti.

Idem Off. 2.

Quemadmodum officia ducerentur ab honeſtate atq; ab omni genere uirtutis, ſatis explicatũ arbitror libro ſuperiore.i.præcidenti.

Sic plures pro multi ſæpiſsime legitur.

Superlatiui etiam ſubinde ponuntur abſolutè.i.ſine prima ſua tranſitione.

Cic.pro lege Manil.

Quanquam mihi ſemper frequens conſpectus ueſter multò iucundiſsimus: hic autem locus ad agendum ampliſsimus, ad dicendum ornatiſsimus eſt uiſus:&c.

Hoc tum maximè fit, cum

Quam ἐπιτάσεως ἐπίῤῥημα. i. aduerbium intendendi, ante ſe habent collocatũ. Vt, quàm doctiſſimus. Nam nec genitiuum caſum proprium: nec ea in quæ ille reſolui ſolet admittunt.

Comparatiuum pro contrario poſitiui cum minus

Terent. Phor. Act. 1. Scen. 1.

Quàm iniq; comparatum eſt, qui minus habent, ut ſemper aliquid addant ditioribus. Hoc eſt, minus pauperibus.

Ita & illud Curtij lib. 6: explicatum eſt.

Mare Caſpium dulcius cæteris, ingentis magni-

magnitudinis ſerpentes alit.

Comparatiuum pro Superlatiuo.

Idem lib. 9.

Duo maiora omnium nauigia ſubmerſa ſunt. Si non eſt deprauatum.

Superlatiuum, pro Abſoluto, ſed ubi ὀνοματικὸν non eſt nomen.

Terent. Eunuch. Act. 3. Scen 2.

Quem ego infra infimos omnes puto homines.

Idem Act. 1. Scen 2.

Tute ſcis poſt illa, quàm intimum habeam te.

Primus pro prior.

Cic. ad Seruium lib. 13. Ep. 29.

Duo quidem à te nominatim rogo: primum, ut ſi quid ſatis datum, amplius eo nomine non peti cures.

Diuiſiua uel diſtributiua pro cardinalibus apud Poëtas, & in ſingul. numero.

Verg.

Gurgite ſepteno rapidus mare ſummouet amnes. pro ſeptem gurgitibus.

In plurali numero.

Idem 1. Georg.

Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra. pro duodecim. *1. Aeneid.*

Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor. pro bis decem.

Item ſecundo.
Bis quinos ſilet ille dies. pro bis quinq;.
Apud Oratores.
Cicero, ut 2. Aeneid. citat Seruius.
Binos habebam: iubeo promi utrosq;.
Cum hoc ultimo duo alia, Duplices, & Gemini in uſu conueniunt. Sæpe enim pro duo & ambo leguntur.
Verg. 1. Aen.
—Et duplices tendens ad ſydera palmas.
Idem 3, Aen.
Agnouit prolem ambiguam, geminosq; parẽtes.
Plin de Mauſeolo lib. 36. cap. 5.
Patet ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes.
Idem lib. 10. Cap. 93.
Viuunt Laconici annis denis, fœmina duodenis, cætera genera quindecim annis, aliquando uiginti. pro quindenis & uigenis.
Cardinalia pro ordinalibus.
Cic. ad Terent.
De naui exeuntibus nobis, Acaſtus cum literis præſto fuit uno & uigeſimo die. i. primo.
In Catone Maiore.
Qui uno & ſexageſimo anno ſcribens mortuus eſt, i. primo.

Ordina-

Ordinalia pro Cardinalibus.

Iuuenal. Sat. 1.

Sexta ceruice feratur pro ſex ceruicibus.

Et pro his, quibus multiplicatio ſignificatur.

Plinius lib. 18.

Naſcitur qualicunq; ſolo, cum centeſimo grano pro centuplo.

Certus numerus pro incerto.

Verg. 1. Æn.

O terq; quaterq; beati—.i. ſæpe.

Cicero.

Sexcenta poſſum decreta proferre.

Terent. Phorm. Act. 4. Scen. 3.

Sexcentas proinde potius ſcribito .i. multas.

Partitiuum pro numerali, I, cardinali.

Cic. pro Cluentio.

Qui cum ad unum iam, & alterum diem deſideraretur. Nam in hoc unum & alterum pro duobus accipiuntur.

Ad Att. lib. 7. Ep. 8.

Quid enim eſt tantum in uno, aut altero die. pro uno, aut duobus.

II. Ordinali.

Idem 2. orat. Philipp.

Proximo, altero, tertio, deniq; reliquis conſecutis diebus pro ſecundo, tertio.

Vterq; loco collectiui.

Saluſt. de coniur. Catil.

Vterq; graues inimicitias cũ illo exercebat.

Horat lib. 1. Sat. 5.

Miſſi magnis de rebus uterq; legati

Quidam pro aliquis.

Verg. 1. Georg.

Et quidam ſeros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat.

Cic. in Oratore ad Brutum.

Habes enim meum de Oratore Brute iudicium, quod aut ſequere, ſi probaueris: aut tuo ſtabis, ſi aliud quoddam eſt tuum.

Contrà. Aliquis pro Quidam.

Ouid. Metam. 14.

Atq; aliquis de Dijs non triſtibus optat,
Sic fieri turpis.

Aliquis pro quiuis, uel quicunq;.

Terent. And. Act. 5. Scen. 3.

Olim iſthuc, olim cum ita animum induxti tuum, quod cuperes aliquo pacto efficiendum tibi pro quouis, aut quocunq; pacto.

Quis pro aliquis, ubi particulas, ſi ſiue, niſi, quo pro quanto, cum, & aliud, ſtatim ſequitur.

Ouid. de arte amandi.

Si quis in hoc artem populo non nouit amandi &c. Quorum exempla paſſim reperiuntur.

Quis

Quiſquam pro Quiuis.

Cic. ad Terent.

Niſi uos fortiores cognoſcerem, quam quem quam uirum, pro quemuis.

Pro Collectiuo.

Plaut. Amphit. Act. 5. Scen. 1.

Neq; noſtrum quiſquam ſenſimus cū peperit.

Quicunq; pro quiuis.

Fabius lib. 9. Cap. 3.

Ne ego illud quidem ἀποσιώπησιν ſemper uoco, in quo res quæcunq; relinquitur intelligenda.

Qui pro quis.

Cice pro Flacco.

Qui concurſus ex oppidis finitimis undiq;?

Qui pro qualis, uel quantus.

Ouidius.

Hæc ego dum ſtultè meditor, quæ ueſtra libi do eſt.

Quo, pro quanto: præſertim ante comparatiua.

Terent. And. act. 2. Scen. 4.

Memini uidere, quo æquior ſum Pamphilo, ſi ſe illam in ſomnis, quàm illum amplecti maluit.

Nemo pro Nullus

Cicer. Dolabellæ, lib. 9. Epiſt. 14. Fam.

Contingit enim tibi, quod haud ſcio an nemi ni,

ui, ut ſumma ſeueritas animaduerſionis non mo- dò non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet.

Eius generis, pro eiuſmodi.

Plin. Hiſt. Nat. lib. 9. cap. 1.

Purpuræ, murices, eius demq; generis uera pariunt.

Patronymicorum græcorum forma ducta à locis, pro poſſeßiuis.

Verg. Eclog. 4.

Sicelides Muſæ paulo maiora canamus.

Ouid. in epiſt. Sapp.

Quid mihi cum Leſbo? Sicelis eſſe uolo.

Craſtinus, pro Poſtridianus.

Verg. 1. Georg.

Nunquam te craſtina fallet hora, pro poſtridia- na. Heſternus pro Pridianus

Terent. Eunuch. Act. 5. Scen 4.

Cum iure heſterno panem atrum uorent.

HETEROSIS

ſpecierum Pronominis.

Demonſtratiuum, pro Poſſeßiuo.

Plaut. Pſeud. Act. 1. Scen. 1.

Duorum labori hominum perſiſſem libens, mei te rogandi, & tui reſpondendi mihi.

Pro meo & tuo.

Terent. Andr. Act. 4. Scen. 5.

Cuium puerum hic appoſuiſti? Veſtri: Cuius ueſtri?

ueſtri.[s] Pamphili. pro ueſtrum poſſeſsiuo, aut primitiuo.

Reciprocum ἀντιμεταβατικὸν primitiuum pro relatiuo.

Idem And. Act. 4. ſcen. 2.

Orat te, ſi ſe ames, bera, ut ad ſe uenias. pro tem, uel ipſam. Quanquã utroq; modo loqui licet.

Reciprocum poſſeſsiuum pro relatiuis tertiæ perſonæ.

Cic. ad Octauium.

Cur aut ingratus crudeliter, aut immemor beneficij ſui ſcelerate circumſcribis Senatum.[s] pro beneficij eius.

Terent. in Hecyra, Act. 4. ſcen. 4.

Mater quod ſua ſit ſua, adoleſcens fecit, mirandum ne id eſt.[s] pro eius.

Hæc tamen tanquam σολοικοφανῆ erunt in ſcribendo uitanda.

Poſſeſsiuum pro Primitiuo.

Idem Heaut. act. 2. ſcen. 3.

Vt appareret facile deſiderio id fieri tuo. Vbi tui. potius poſcit ſenſus, Vt ait Donatus.

Idem.

Nam negligentia tua atq; odio id fecit tuo, pro tui.

HETEROSIS

τῶν εἰδῶν uerbi.

Actiuum

Actiuum pro Neutro abſoluto,
ſiue αὐτοπαθητικῶς.
Verg. 2. Georg.
Siſtunt amnes, terræq; dehiſcunt. pro ſtant, aut ſiſtuntur.
Idem 2 Aen.
– Et iam nox humida cœlo
Præcipitat.
Terent. Heaut. act. 4. ſcen. 1.
Atq; illa ſi iam lauerit, mihi nuncia. pro lota ſit. Idem Adelph. Act. 2. ſcen. 1.
Quæ res tibi uortat malè: pro uertatur. Niſi quis ἔλλειψιν dicat pronominis SE: ſiſtunt ſe, præcipitat ſe, lauerit ſe, uortat ſe.
Abſolutum pro actiuo.
Verg. Eclog. 2.
– Ardebat Alexim, pro amabat,
Et in Eclog. 8.
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.
Paſſiuum pro actiuo.
Idem 11. Aeneid.
– Bellantur Amazones armis.
Idem:
Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt. pro expoliant.
Sed uidentur Ἀρχαϊσμοὶ eſſe: antiquitas enim ſingulis actiuis ſuum dedit medium, uel commune, μέσον ἢ κοινόν.

Nomen

Nomen & uerbum περιφραστικῶς,
pro uerbo ponuntur.
Cic. pro lege Manil.

Equitibus Rom. honeſtiſſimis uiris afferuntur quotidie literæ, quorum magnæ &c. Bythiniæ, quæ nunc ueſtra prouincia eſt, uicos exuſtos eſſe complures. Afferuntur literæ, pro nunciantur.

Idem: lib. epl. ad Att. 10.

Miſit enim puerum, ſe ad me uenire, i. nunciauit. Ouid. 1. Metam.

Signa dedi ueniſſe deum, pro ſignificaui.

Cic. ad Varronem lib. 9. epiſt. 1.

In ſpem uenio aduentum tuũ appropinquare. pro ſpero. Talia ſunt: do fidem, pro iuro uel confirmo. Stat ſententia, pro placet. Metum capio, pro metuo. Item compertum habeo, exploratum habeo. pro comperi & exploraui. Et: oratũ uelim. pro orem. Miſſum facio, effectum dabo.

Terent. Eunucho Act. 5. ſcen. 2.

Miſſa iſthæc faciamus.

Idem: in eodem Act. 2. ſcen. 1.

Quin iam effectum dabo, pro mittamus, & efficiam.

In quibus tranſit illa περίφρασις in infinitos uerborum modos. Sed in his in infinitas particulas cum uerbis ſubiunctiuis.

Terent.

Terent. Prolog. Andriæ

Nunc quam rem uitio dent, quæſo animum aduertite. pro aduertite, uel intelligite.

Huiuſmodi περιφράσεις etiam alias particulas ſibi ſubijciunt.

Cic. Attic. lib. 13. epiſt. 6.

Et alicui des negocium, qui quærat.

Aduerbium & uerbum pro uerbo.

Terent. Phorm. act. 1. ſcen. 3.

Alijs quia deſit quod ament, ægre eſt: tibi quia ſupereſt, dolet.

Etiam Interiectio ex duabus partibus pro uerbo accipitur.

Cic. 14. lib. epiſt. fam. epiſt. 1.

Me miſerum, te iſta uirtute, fide, probitate, in tantas ærumnas pro me incidiſſe pro miſeret, uel uehementer dolet.

HETEROSIS SPEcierum Participij.

Actiuum pro Paſsiuo.

Iuſtinus.

Ille plauſtrum quo uehenti regnum delatum fuerat, in templo Iouis poſitum maieſtati conſecrauit regiæ. pro uecto.

Sic dicitur, euidens, pro eo quod aperte uidetur & intelligitur.

Et Verg.

Horrentia arma Martis, pro horrenda poſuiſſe uidetur.

Paſiua pro actiuis.

Circumſpectus, Conſideratus, Diſertus, Cautus, Tutus, Argutus, Falſus, Contentus, Tacitus, Profuſus, Scitus, Inueteratus, Iuratus, Excretus, Exoletus, Adultus, Defectus. Ignotus. Quæ ſunt apud Laurentium. Ex quibus tamen aliqua paſiuè ſumuntur.

Cautus.

Cic. pro A. Cecinna.

Quo res mulieri eſſet cautior.

Falſus.

Terent.

Falſus es animo.

Tacitus.

Verg. 6. Aen.

Quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat?

Ignotus.

Idem, Aen. 1.

Ipſe ignotus egens &c.

Paſiuum pro actiuo ἐν τῇ συνεκδοχῇ non raro.

Horat.

Leuo ſuſpenſi loculos tabulamq; ſiniſtro.

Verg. Aen. 1.

Tum breuiter Dido uultum demiſſa profatur.

L

Ouid.lib.2. Amorum Eleg. 4:
Siue aliqua eſt oculos in me deiecta modeſtos.
Verum talia per ablatiuum exponi poſſunt.
ſuſpenſis loculis, Demiſſo uultu,
Deiectis oculis.

HETEROSIS

Aduerbiorum.

τὰ τοπικὰ ἀντὶ τῶν χρονικῶν.

Terent. Eunuch. act. ſcen. 2.
Hîc ego illum contempſi præ me.

Idem ibidem.
Ibi homo cœpit me obſecrare, ut ſibi liceret diſcere id de me. pro tunc.

Item appellatio Loci pro tempore legitur.

And act. 2. ſcen. 2.
Atq; alia multa, quæ nunc non eſt narrandi locus. i. tempus.

τὰ ποιοτικὰ ἀντὶ τῶν τῆς ἐπιτάσεως.

Cic. lib. 2. de Orat.
Habetis ſermonem benè longum. pro ualde.

Terent. Eu. act. 4. ſcen.
Malè mulctabo illam.

Cic. in Bruto.
Addebat etiam id quod ad rem pertinere credebat, ſcriptores illos malè mulctatos.

Idem Phil. 11.
Quo neminem ueterani peius oderunt.

Non

Non duntaxat, pro non ſolum.
Liuius in xlvi.

Nec animum nobis duntaxat fidelem, ac bonum præſtitit, ſed omnibus interfuit bellis, quæ geßiſtis.

Nequicquam pro non.
Catullus.

Rufe mihi fruſtra nequicquam credite amice.
Perſius ſaty. 3.

Nequicquam fundo ſuſpiret nummus in imo.

Qua pro quacunque.
Ouid. 1. Metam.

Nunc mihi qua totũ Nereus circunſonat orbẽ,
Perdendum eſt mortale genus.
Idem libro eodem.

Qua terra patet, fera regnat Erynnis.

Interim pro aliquando.
Quintil lib. 1. cap. 10.

Interim excuſantur hæc uitia.

Olim pro aliquando.
Horat. ſaty. 1.

—Vt pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores.

Tanquam pro ſicut.
Terent. Eun. act. 2. ſcen. 2.

Tanquam Philoſophorum habere ex ipſis diſciplinæ uocabula.

Ne pro non.

Cic. lib. 16. epiſt. 7. Att.

Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo ac ſentio.

Idem ad eundem lib. 12. epiſt. 10.

Miſi ad te exemplum: ut ſi minus placeret, ne remitteres.

Aduerbium Temporis pro aduerbio ſolitudinis.

Modò pro tantum.

Terent. Eu. act. 2 ſcen. 2.

Scis te pollicitum, Cherea aliquid inueni modò quod ames.

Adeò, tam, perinde, & ita, pro ualde.

Terent Eu. act. 1. ſcena 2.

Iuuenem adeò nobilem.

Plin. lib. 35. cap 18.

A pluuijs ſerenitatem non perinde certam.

Ita poſt negotium.

Cicero Philip. 1.

Nec ita multo poſt edictum Bruti affertur & Caſſij.

HETEROSIS

Coniunctionum.

Quæ pro etiam.

Plinius 35 cap. 12.

Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodieq́ materiæ nomen in urbe retinet.

Quoq́

Quoq; pro etiam, uel pro ſimiliter, ut uult Seruius 7. Aen.

Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix.

Copulatiua pro Diſiunctiua.

Verg lib. 2 Aen.

Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaq; dona,
Præcipitare iubet, ſubiectisq; urere flammis.
pro aut ſubiectis.

Diſiunctiua pro Copulatiua.

Vel pro etiam.

Terent.

Vel rex mihi ſemper aiebat gratias.

Copulatiuæ ἀντὶ τῶν αἰτιολογικῶν, *pro rationis redditiuis.*

Verg. Aegl. 9.

Audieras: & fama fuit. pro nam, uel quia.

Ouidius

Nil aliud Veſtam quàm puram intellige flammam,
Nataq; de flamma corpora nulla uides. pro nata enim

Copulatiuæ pro electiuis.

Atq; & ac, pro quàm.

Terent. Eu. act. 1. ſcen 2.

Neue aliorſum atq; ego feci acceperit.

Neq;, pro Et non.

Idem Phorm. act. 1. ſcen. 2.

Neq; eum æquum ait facere. Sed eſt ἰδιωτισμὸς

At pro ſaltem.

Cicero pro L. Flacco.

Si non propinquitatis, at ætatis ſuæ: ſi non hominis, at humanitatis rationem haberet.

Nam pro autem uel alia diſcretiua.

Cicero in Saluſt.

Nam quod in uxorem & filiam meam tam petulanter inuectus es.

Hæc coniunctio etiam aliquando μόριον ἀρχικὸν *eſt: & ſignificat rei tantum ingreſſum.*

Terent. Andria Act. 1 ſcen 1.

Eo pacto & gnatiuitam, & conſilium meum cognoſces, & quid facere in hac re te uelim. Nã is poſtquam exceſsit ex ephebis &c. Eſt enim κεφάλαιον διηγηματικόν.

Niſi pro quàm.

Saluſt de bello Iugurth.

Neq; aliud ſe fatigando, niſi odium quærere.

Cic. lib 16. Ep. 1.

Cura igitur nihil aliud, niſi ut ualeas.

Idem in Catone Maiore.

Quid eſt aliud Gygantum more bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare? niſi pro quàm.

Vt non pro niſi.

Cicero pro lege Manil.

Non enim poſſunt una in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, ut non plures ſecum in

tandem trahant calamitatem.

An, pro ſiue uidentur in illo accipi.

Liuius in primo.

Eò ex finitimis populis turba omnis ſine diſcrimine, liber an ſeruus eſſet, auida rerum nouarum profugit.

Siue, pro ſi & uel.

Cic. Attic. lib. 16. epiſt. 3.

Et Hillarum ſuum libertum ueniſſe à Sexto, cum literis ad conſules, ſiue quo alio nomine ſint.

Vt, pro quòd.

Terent. Phorm. act. 2 ſcen. 1.

Si eſt ô patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit. &c. non cauſam dico.

HETEROSIS PRAEpoſitionum.

In præpoſitionibus etiam una ſæpe pro alia ponitur. Et παραλλαγὴ τῶν προθέσεων dicitur.

Verg.

Si bene quid de te merui. pro in te.

ΕΝΑΛΛΑΓΗ *Caſuum, hoc eſt,* ΑΝΤΙΠΤΩΣΙΣ.

Sequitur poſt ἐπίδοσιν τῶν εἰδῶν, ἡ τῶν πτώσεων ἐναλλαγή. *Quæ eſt caſus pro caſu collocatio,* πτώσεως ἀντὶ πτώσεως τάξις ἢ ἀντίθεσις. *Eamq; ob cauſam* ἀντίπτωσις *eſt nominata.*

At, pro ſaltem.
Cicero pro L. Flacco.

Si non propinquitatis, at ætatis ſuæ: ſi non hominis, at humanitatis rationem haberet.

Nam pro autem uel alia diſcretiua.
Cicero in Saluſt.

Nam quod in uxorem & filiam meam tam petulanter inuectus es.

Hæc coniunctio etiam aliquando μόριον ἀρχικὸν *eſt: & ſignificat rei tantum ingreſſum.*

Terent. Andria Act. 1 ſcen 1.

Eo pacto & gnatiuitam, & conſilium meum cognoſces, & quid facere in hac re te uelim. Nã is poſtquam exceßit ex ephebis &c. Eſt enim κεφάλαιον διηγηματικόν.

Niſi pro quàm.
Saluſt de bello Iugurth.

Neq; aliud ſe fatigando, niſi odium quærere.
Cic lib 16. Ep. 1.

Cura igitur nihil aliud, niſi ut ualeas.
Idem in Catone Maiore.

Quid eſt aliud Gygantum more bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare? niſi pro quàm.

Vt non, pro niſi.
Cicero pro lege Manil.

Non enim poſſunt una in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, ut non plures ſecum in

tandem trahant calamitatem.

An, pro ſiue uidentur in illo accipi.

Liuius in primo.

Eò ex finitimis populis turba omnis ſine diſcrimine, liber an ſeruus eſſet, auida rerum nouarum profugit.

Siue, pro ſi & uel.

Cic. Attic. lib. 16. epiſt. 3.

Et Hillarum ſuum libertum uениſſe à Sexto, cum literis ad conſules, ſiue quo alio nomine ſint.

Vt, pro quòd.

Terent. Phorm. act. 2 ſcen. 1.

Si eſt ô patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit. &c. non cauſam dico.

HETEROSIS PRAEpoſitionum.

In præpoſitionibus etiam una ſæpe pro alia ponitur. Et παραλλαγὴ τῶν προθέσεων *dicitur.*

Verg.

Si bene quid de te merui. pro in te.

ἘΝΑΛΛΑΓΗ *Caſuum, hoc eſt,* ΑΝΤΙΠΤΩΣΙΣ.

Sequitur poſt ἀπόδοσιν τῶν εἰδῶν, ἡ τῶν πτώσεων ἐναλλαγή. *Quæ eſt caſus pro caſu collocatio,* πτώσεως ἀντὶ πτώσεως τάξις ἢ ἀντίθεσις. *Eamq; ob cauſam* ἀντίπτωσις *eſt nominata.*

- Ponitur autem uel caſus.
  - Rectus εὐθεῖα καὶ ὀρθὴ, pro
    - Genitiuo.
    - Vocatiuo.
  - Obliquus ἡ πλαγία πτῶσις, pro
    - Nominatiuo, ut
      - Genitiuus
      - Datiuus
      - Accuſat.
    - Obliquo ut
      - Genitiuus pro Ablatiuo.
      - Datiuus pro
        - Genitiuo
        - Accuſ.
      - Accuſatiuus pro
        - Genitiuo
        - Ablat.
      - Ablatiuus pro
        - Genitiuo.
        - Dati.

Suntq́; hæ formæ caſuum commutationis: partes uero duæ hic erunt conſiderandæ: Antecedens, quod cũ conſequentis caſu ſolet informari. Et conſequens, adiectiuum uel relatiuum, uel etiam uerbum cum priore membro pugnans.

I. Nominatiuus pro Genitiuo.

Liuius lib. 1. Decad. 5.

Periti religionũ, iuriſq́; publici, quando duo ordinarij conſules eius anni, alter ferro, alter

morbo

morbo periiſſet, ſuffectum conſulem negabant comitia habere poſſe.

Saluſt. de coniur. Catil.

Igitur initio reges (nam in terris nomen imperij id primum fuit) diuerſi pars ingenium alij corpus exercebant.

II. *Nominatiuus pro Vocatiuo.*

Verg lib. 6. Aen.

Proijce tela manu ſanguis meus. pro mi.

Idem 8.

Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum. pro fluuie.

Idem Eclog. 7.

Muſcoſi fontes & ſomno mollior herba,
Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra,
Solſtitium pecori defendite.

Perſius ſaty. 1.

—Vos ô patricius ſanguis. pro patricie.

III. *Nominatiuus pro Accuſ.* ἀλλωισμοί.

Lucanus lib. 9.

—Tutumq́; putauit iam bonus eſſe ſocer.

Ouidius.

Acceptum refero uerſibus eſſe nocens.

Terent

Quæ ſeſe optauit inhoneſtè parare hic diuitias potius quàm in patria honeſte pauper uiuere.

IIII. *Genitiuus pro Nominatiuo.*

L v

Verg.1. Aen.

—*Fontem ſuperare Timaui.*

Et: Aen.3.

Et celſam Butroti aſcendimus urbem. pro fontem Timauum, & Butrotum celſam urbem.

VIII. Datiuus pro Genitiuo.

Idem. lib.10.

— *Ceruix cui lactea crines*

Accepit. pro cuius ceruix.

Et in 7.

At iuueni oranti ſubitus tremor occupat artus

Ouid 2. Metam.

Ille pater, rectorq; deûm, cui dextra triſulcis

Ignibus armata eſt, pro cuius.

IX. Datiuus pro Accuſatiuo.

Datiuus pro Accuſandi caſu uariè uſurpatur. 1. Pro Simplici.

Liuius.

Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt. pro Fauſtulum.

Poſt infinitum Eſſe.

Horat. art. Poët.

Mediocribus eſſe poëtis,

Non dij, non homines, non conceſſere columnæ.

Brutus ad Ciceronem Epiſt. 16.

in lib. ad Brutum.

Et quis ſupplicat, ut optimè meritis de rep. liceat eſſe ſaluis?

Martial.

Vt: Eius non uenit in mentem, pro id.

V. Dandi caſus pro recto.

Verg. Aen. 1.

At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo.

Liuius lib. 6. decad. 4,

Scipio, cui Africano fuit cognomen.

Nam recta loquendi forma τελέια φράσις eſſet, per nominatiuum, uel etiam accuſandi caſum. Vt apud Ciceronem: Argentarius Sextus Clodius, cui Spuridion fuit cognomen.

Terentius in prologo Hecyrae.

Hecyra eſt huic nomen fabulae.

Frequens tamen eſt Datiui in his uſus.

VI. Accuſatiuus pro Nominatiuo.

Verg. Aen. 1.

Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt, ſubducite naues.

Terent. Prol. And.

Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.

Idem in Eunucho.

Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit. In quibus antecedens imitatur caſum relatiui. Genitiuus pro Ablatiuo.

Cic. Attic lib. 5, epiſt. 18.

In oppido Antiochiae. pro in oppido Antiochia.

VII. Dandi caſus pro Accuſatiuo.

Verg.

Martialis lib. 9.
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui Muſas colimus ſeueriores.
Terent. Heaut. Act. 2. Scen. 4.
Nam expedit bonas eſſe uobis.
2. Pro accuſat. cum præpoſitione,
apud Poëtas.
Verg. lib 1. Æen.
It cælo clamor.
Terent. And. Act. 1. Scen. 1.
Interea mulier quædam ab hinc triennium
Ex Andro commigrauit huic uiciniæ pro, ad hanc uiciniam. Hunc caſum octauum uocant Grammatici.
X. Accuſatiuus pro Genitiuo.
Id genus pro eius generis.
Terent.
Idne eſtis autores mihi. pro eius.
XI. Idem caſus pro Ablatiuo.
Horat. Epod. od. 5.
Senem quidem omnes rideant adulterum nardo perunctum, quale nunquam perfectius meæ laborauerunt manus. pro quali.
Hoc modo Nominatiuus pro Ablatiuo.
Idem in 1. Serm. ſaty. 5.
Occurrunt animæ, quales neq; candidiores,
Terra tulit: pro qualibus. Ponitur enim hic re-
latiuum

latiuum in ipſo caſu, quo demonſtratiuum Talis, quod quia adiectiuum nõ præcedit, poni deberet.

XII. Vocatiuus pro Nominatiuo.

Perſius ſaty. 3.

Cenſoremue tuum uel quod Trabeate ſalutas, pro trabeatus.

Horat. lib. 1 ſat. 2

Macte uirtute eſto.

XIII. Ablatiuus pro Nominat.

Cic. in Catone Maiore.

Vt ea ipſa mihi nota eſſent, quibus me nunc exemplis uti uidetis.

XIIII. Ablatiuus pro Genitiuo.

Verg 1 Georg.

—Et iniquo pondere raſtri.

Item 2. Georg.

—Et acuto robore uallas.

Et cum præpoſitione.

Terent. Eun. act. 4. Scen 5.

Adibo, atq; ab eo gratiã hanc, quam uideo uelle, inibo. pro eius gratiam merebor.

And. act. 1. Scen. 1.

Ea primũ ab eo animaduertenda iniuria eſt. pro eius iniuria.

XV. Ablatiuus pro Datiuo.

Verg. Aen. 10.

Hæret pede pes, denſusq; uiro uir. pro pedi.

Idem

Idem 1. *Aen.*

Parce metu Cytherea.
Et: Venatu inuigilant pueri.

ENALLAGE

Generum.

Cæterorum accidentium immutatio (de qua nunc dicendum eſt) generatim ἀλλοίωσις ἢ ἀλλοιότης *uocatur. In qua genus genere: numerus numero: perſona item perſona, modus modo, tempus deniq; tempore commutatur.*

1. *Maſculinum pro Fœminino.*

Amari cortices. pro amaræ.
Validi ſilices. pro ualidæ.

Hæc tamen σολοικοφανῆ *ſunt: propterea quod in eis adtributũ ab ea, cui innititur, re ſubiecta, diſsidet.*

2. *Maſcul. pro Neutro.*

Quint. lib. 1 *cap.* 10.

Ne miremur, quod ab antiquorũ pleriſq; Aenea & Anchiſa ſit dictus. pro dictum.

3. *Neutrum pro fœminino.*

Terent.

Continuo hæc adornant, ut lauet. pro hæ, loquens de ancillis.

Idem in Heaut. act. 1. *ſcen.* 1.

Vel uirtus tua me, uel uicinitas (quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.)

Et

Et in Phorm.

Hæc erant itiones.

Verg. 3. Georg. de capris.

Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuenda.

HETEROSIS

Numerorum.

Singularis pro plurali.

Saluſt.

Interea ſeruitia repudiabat, cuius rei initio ad eum magnæ copiæ concurrebant.

Pro quorum.

Terent. Heaut. act. 2. ſcen. 4.

Cuius mos maximè eſt conſimilis ueſtrûm, hi ſe ad uos applicant.

Idem Eun. act. 2. ſcen. 1.

Adeon' homines immutarier ex amore: ut nõ cognoſcas eundem eſſe.

Cic. ad Celium, lib. 2. epiſt. 10.

Vel quia totum negocium non eſt dignum uiribus noſtris, qui maiora onera in repub. ſuſtinere & poſſim & ſoleam.

Pluralis pro ſingulari.

Verg. Aen. 1.

Pars in fruſta ſecant.

Ibidem.

Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum, Littora iactetur odio Iunonis iniquæ.

Nota

Nota tibi. pro notum eſt tibi.

Ouid.|Metam.4.

Pars uolucres factæ–

Cicero pro Milone.

Si tempus eſt ullũ iure hominis necandi (quæ multa ſunt) certe illud eſt non modo iuſtum, uerum etiã neceſſarium cũ ui uis illata defenditur.

Terent. Eun.act.1.ſcen.2.

Eunuchum dixti uelle te, quia ſolæ his utuntur reginæ.

Plinius lib. 10. cap. 73.

In Africa maior pars ferarum æſtate non bibunt inopia imbrium.

Sunt qui hæc συνθέσεις *uocant, de quibus mox à nobis quoq; aliquid dicetur.*

Verg.lib.8.

Fulmen erat toto genitorquæ plurima cœlo
Deijcit in terras.

DE SYNTHESI.

HVIC τῶν ἀριθμῶν ἐναλλαγῇ *cõiuncta ea quaſi transfiguratio eſt: quæ à Græcis dicitur* σύνθεσις*, quam cõpoſitionem poſſumus nominare. In hac enim conſtructio non ad uerbum & uocẽ: ſed ad ſenſum, ac intellectum referri ſolet. Itaq; eſt* σύνταξις *facta ſignificationis gratia. Et Græci præcipiunt* συντακτέον δὲ ἀεὶ ἐπὶ τὸ νοούμενον.

σχῆμα τῆς συνθέσεως

- Συνθέσεως duæ ſunt
  - Partes
    - Antecedẽs. i. nomen multitudinis:
      - Collectiuum περιληπτικὸν.
      - Diſtributiuum, ἐπιμεριζόμενον.
    - Conſequens, à nomine diſcrepans.
      - Verbum.
      - Adiectiuum.
  - Formæ, altera
    - Simplex quæ fit ſolo, diuerſoq́; uel
      - Genere, ſed κατ' ἔλλειψιν.
      - Numero. Idq́; aliquando προλήψει.
    - Coniuncta, diuerſo ſimul &
      - Genere & numero.
      - Numero & perſona: per euocationem.

De partibus Syntheſis.

Ex quibus perſpicuum eſt, duas huius configurationis eſſe partes. Antecedẽs: quod eſt ſubſtantiuum nomen uel compræhenſiuum: qualia recẽſentur eſſe: Gens, Turba, Populus, Plebs, Co

hors, Exercitus, uel Partitiuum, ut ſunt hæc Pars, Alter, Quiſq;, Vterq;, & cætera generis eiuſdem Hæc enim etſi τῇ φωνῇ. i. uoce καὶ κατάληξει i. terminatione ἑνικὰ ſunt: tamen τῇ σημασίᾳ & δυνάμει plura ſignificant. Et conſequens ipſum adiectiuum uel uerbum à nomine diſcrepans.

Formæ τῆς Συνθέσεως.

Duplex quoq; eſt Syntheſis: Simplex, & Cõpoſita. Simplex uel genere tantum fit: uel numero Ac genere quidem: aut diſcernendi ſexus, tollendæq; ambiguitatis cauſa, quod fit plerunq; in promiſcuis, quæ ἐπίκοινα dicuntur, nominibus: aut deniq; ſupplementi gratia, κατ' ἔλλειψιν.

Σύνθεσις Generis.

I. Diſcernendi Sexus.

Verg.

Anſer fœta.

2. Supplementi cauſa.

Idem:

Centauro inuehitur magna .ſ. Naui.

Et apud eundem.

Præneſte ſub ipſa ſ. urbe.

Terent.

In Eunuchum ſuam .ſ. Fabulam uel Comœdiã.

II. Deinde fit etiam in Numero tantum: cum nomina ſingulari numero multitudinẽ ſignificant, ut, collectiua.

Verg.

Verg.

Pars uolucres factæ. Et,

Pars onerant menſas. Item:

Pars in fruſta ſecant, ueribusq́; tremẽtia figũt.

Et partitiua.

Pro ſe quisq; precari cœperunt.

Terent.

Aperite aliquis actutum oſtium.

Verg.

Quisq; ſuos patimur manes.

Syntheſis coniuncta.

1. In genere & numero ſimul.

Liuius.

Maxima pars ab equitibus in flumen acti.

Saluſt.

Maxima pars uulnerati, aut occiſi.

Verg.

Pars merſi tenuere ratem.

2. Numero & Perſona.

Terent.

Curemus æquam uterq; partem. Habet euocationem & πρόληψιν.

Exempla huius figuræ.

Verg.

Hic manus ob patriam pugnando uulnera paſſi.

Idem:

In magnis læſi rebus uterq; ſumus. Vbi & euo-

catio, & prolepſis eſt, ſed implicita ἡ καθ' ὑπόνοιαν.

Terent.

Ita, ut dixi, Soſtrata facite.

Idem:

Mea Glycerium. Et:

Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdidit.

Item:

Vt illum Dij, Deæq; ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt.

Cicero.

Paucis poſt annis tamen ei moriendum fuit: quoniam homo nata fuerat, fœmininũ ſexum intelligens.

Ouidius.

Hoc pecus omne meũ eſt, multæ ſtabulãtur in antris. In his enim nominibus multitudinis ſingularibus, ſubijcitur & reſpondet uerbum plurale, & ſubſtantiuo qualicunq; adiectiuum diuerſi numeri aut etiam generis adtribuitur. Eſtq; hæc figura crebrior apud Poetas & Hiſtoricos: quam oratores. A Græcis etiam non raro uſurpata. Hom. Il. β.

ὣς φάσαν ἡ πληθύς, ἀνὰ δ' ὁ πτολίπορθος Ὀδυσσεύς

Et alibi:

ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο.

Demoſthenes tamen etiam utitur prima Philippica.

οἱ δὲ λόγους πλάττοντες ἅπας τὸ περιερχόμεθα.

ΣΥΝΕΚΔΟΧΗ.

Hæc figura etſi propriè ad ἀντίπτωσιν referri potuiſſe uideatur: tamen quoniam ut Syntheſis de qua hactenus, Græcis maximè frequentata: ita & ipſa illorũ eſt propria, Latini συνεκδοχὴν comprehenſionem, uel intellectionem uocant. Significat enim uerbum συνεκδέχομαι nomen totius ad partem tantum referri. Eſt igitur Synecdoche, figura in qua id quod partis eſt, toti adtribuitur.

Synecdoche habet
- *Partes*
  - *Antecedens. Totum.*
  - *Conſequens: ut eſt*
    - *Proprietas*
      - *Adiectiuum.*
      - *Verbum*
    - *Pars.*
- *Genera duo: ſi. n.*
  - *Adiectiuis, quæ ſignificant aliquam proprietatẽ uel qualitatẽ.*
  - *Verbis*
    - *Paſſiuis.*
    - *Neutralibus quæ aliquã paſſionem ſignifi.*

Exempla.

Verg.

Et glacialis hyems canos hirſuta capillos

Et:

Omnia Mercurio ſimilis, uocemq́, coloremq́,
Et flauos crines & membra decora iuuentæ.

Idem:

Nuda genu, nodoq́ ſinus collecta fluentes.

Et:

Pluribus ille notis uariatam pingitur aluum.

Item:

Expleri mentem nequit, ardeſcitq́ tuendo.

Et:

Ecce manus iuuenē interea poſt terga reuinctū,
Paſtores magno ad regem clamore trahebant.
Dardanidæ — Aen.2.
— Deinde comantem
Androgei galeam clypeiq́ inſigne decorum
Induitur. Item:
Tollentemq́ minas, & ſibila colla tumentum
Deijce. Horat.
— Miles iam fractus membra labore.

Etſi autem hac tranſfiguratione Poëtæ utuntur maximè: tamen & ab Hiſtoricis non raro in ſoluta oratione adhibetur.

Pomp. Mela.

Sarmati totum brachati corpus: & niſi qua uident, ora tecti.

Idem de Britannis.

Vltra corpora infecti.

Liuius.

Liuius.

Vt uero Annibal ipſe dum murum incautius ſubit, aduerſum femur tragula grauiter ictus cecidit.

Atq; hæc συνεκδοχὴ *dicitur* συντακτικὴ *constructionis (quanquam alij* ἔλλειψιν *eſſe uolunt. Sunt enim ad imitationem Græcorũ illæ elocutiones factæ: qui ſubaudiunt* κατὰ*: ut,* λευκὸς τὴν τρίχα*, albus cæſariem:* πυῤῥὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς *flauus oculos.) Ac fit quidem ea apud Græcos in uerbis multo maxima ex parte abſolutis, quæ iam dudum* ἰδιοπαθῆ *uocari diximus & omnibus paßiuis cum ſuis participijs. Eſt enim apud Theodorũ:* ἴδιον δὲ μάλιστα τοῦ παθητικοῦ τὸ συνεκδοχικὸν τῆς συντάξεως, οἷον πλήττομαι τὸν πόδα· ἀλγῶ τὴν κεφαλήν. *Sed & hæc auferendi caſu latinius & uſitatius efferuntur.*

Martial.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus
Rem magnam præſtas Zoïle, ſi bonus eſt.

Et:

Ore tener, latus pectore, crine glaber.

Idem:

Cæſtus moribus, integer pudore,
Felix ingenio, decore felix.

Eſt etiam συνεκδοχὴ *locutionis* ξυβεική*: quoties pars ponitur pro toto. Vt, Video Argentoratum: cum ſolam turrim uideam. Sed de Sy-*

necdoche infra in uerborum modificationibus pluribus agetur.

PERSONARVM
Commutatio.

Danai qui parent Atridis, contra Priamum arma ſumite.

Verg.

Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba,
Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra,
Solſtitium pecori defendite.

Terent. in Phorm.

Si quis me quæret rufus, præſto eſt, deſine, pro præſto ſum. Nam de ſe loquitur.

Et in illo:

Dij faciant ſine me, non moriatur ego.

DE EVOCATIONE,
ſiue Auocatione.

Huc pertinere uidetur ea figura: quam poſteriores Grammatici excogitauerunt: & nominauerunt Euocationē. In ea enim una perſona pro alia poni ſolet. Eſt autē Euocatio, ſiue Auocatio, ut alij melius eam dici uolunt, continua nominatiui tertiæ perſonæ ad primā aut ſecundā immediata reuocatio, atq; reductio. Atq; hoc pacto ambæ uel primæ uel ſecundæ naturam, quam nomina ab pronominibus ſibi adiectis, mutuantur, induunt. Ac uerbum quod adiungitur, etiā

prima uel ſecundæ erit perſonæ. Debet autem abeſſe coniunctio: cum de eadem perſona ſermo habeatur. Perſonæ namq; ad idem referuntur: coniunctio uero copulat diuerſa. Fit igitur Euocatio, quando pronomen primæ, aut ſecundæ perſonæ ante ſubſtantiuum tertiæ perſonæ ponitur, uel ſubauditur.

Partes eius ſunt duæ: una dicitur Antecedens, hoc eſt, perſona euocans: prima, uel ſecunda. Altera eſt conſequens, id eſt, perſona euocata, quæ ſemper eſt tertia: quæ tamen in naturam primæ uel ſecundæ tranſit, eamq; aſſumit. Sed hæ aut ſunt numeri eiuſdem: Vt apud Vergilium.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen & egreſſus ſyluis uicina coëgi
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratũ opus agricolis. At nũc horrentia Martis
Arma uirumq; cano &c.

Aut diuerſorum numerorum: cum ſcilicet Euocata eſt nomen comprehenſiuum, aut ἀθροιστικὸν.

Verg.

Quiſq; ſuos patimur manes.

Ouid.

In magnis læſi rebus uterq; ſumus.

Sed hæc euocatio eſt coniuncta: habet enim σύνθεσιν.

Formæ Euocationis.

Eſt item duplex: expreſſa ἐκφαντικὴ ſiue perfecta ἐντελής: Altera implicita & imperfecta, ἐλλειπτική, ἀτελής, καὶ ἡ καθ' ὑπόνοιαν.

Expreſſa.

In qua utraq; perſona tam euocans, quam euocata proponitur atq; explicatur, τῇ ἐνεργείᾳ. Idq; duo. Diſcretionis cauſa τῆς διακρίσεως καὶ διαστολῆς.

Verg.

Nos animæ uiles inhumata infletaq; turba.
Sternimur campis.

Emphaſis.

Idem:

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen &c.
Arma uirumq; cano.

Implicita: in qua euocans perſona ſubauditur & ſubintelligitur.

Verg.

– Coram quē quæritis adſum Troius Aeneas.

Idem:

Supplicia & ſcelerū pœnas expendimus omnes.

Idem:

Moniti meliora ſequamur.

Ouid.

Penelope coniunx ſemper Vlyßis ero.

Plau-

Plautus.

Tum deniq; homines intelligimus noſtra bona, cum quæ in poteſtate habuimus ea amiſimus.

Diuiſio Euocationis.

- *Euocatio alia eſt*
  - *Simplex. Eiuſdem numeri.*
  - *Diuerſorum numerorum* κατὰ σύνθεσιν *figurata in qua nomen eſt*
    - ἐλλειπτικὸν, καὶ ἑνικὸν μόνον.
    - πλεοναστικόν.
    - ἐπιμεριζόμενον.

- *Euocationis duæ ſunt.*
  - *Partes*
    - *Antecedens i. perſona*
      - *Euocans*
        - *Prima.*
        - *Secunda.*
      - *Euocata, Tertia.*
    - *Conſequens: uerbum primæ, aut ſecundæ perſonæ.*
  - *Formæ:*
    - *Expreſſa: in qua utraq; perſona explicatur.*
      - *Euocans propter*
        - διασα- λύν. ἢ πλεόνασμα ἐνδέξιν.
      - *Euocata.*
    - *Non expreſſa* ἢ καθ' ὑπόνοιαν *in qua eſt euocantis* ἔλλειψις. *Ea enim ſubintelligitur.*

FIGVRAE IMMVTATIO MOdorum.

1. *Indicatiuus pro Imperatiuo.*

Itis, paratis. pro ite, parate.

Et pro δυνητικῷ modo, præcipuè in præterito imperfecto.

Verg.

Etſi non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat. pro eſſet.

Pro Subiunctiuo.

Cic. ad Attic.

Dices quid? quaſi iſthuc erat magnum. pro eſſet. *Futurum τῆς ὁριστικῆς pro Imperatiuo.*

Cicer. ad Trebatium.

Sed ualebis, meaq́; negocia uidebis, meq́; dijs adiuuantibus, ante brumam expectabis. pro uale; uide, expecta.

2. *Imperatiuus pro futuro Indicatiui.*

Verg.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. pro eris

Ouid. Metam.

—Dent ocius omnes,
Quas meruere pati. Sic ſtat ſententia pœnas.

pro dabunt. Niſi δυνητικῶς quis interpretetur: pro debet dare.

Idem modus pro optatiuo.

Verg.

Verg.

Viuite fœlices, quibus eſt fortuna peracta
Iam ſua. pro uiuant.

3. Subiunctiuus pro Imperatiuo.

Terent.

Quieſcas. pro Quieſce.

Et cum Imperatiuus deeſt.

Vt in hoc: uelis, malis. &c. Idem, uel δυνητικὴ potius ἔγκλισις pro Indicatiuo.

Ouid.

Nunc uellem formoſa forem. pro uolebam.

Terent.

Ita uelim me promerentem ames. Antiquè, ut ait Donatus pro uolo.

4. Infinitiuus pro præterito Imperfecto Indicatiui.

Hanc figuram ἰσοεικλὼ nonnulli uocant: quam quam non ſolum ab Hiſtoricis: ſed etiam poëtis & oratoribus uſurpatur. *A Poëtis.*

Verg. 2. Aen.

Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri
Spes Danaûm. pro fluebat, & referebatur.

Ibidem.

—Vlyſſes
Criminibus terrere nouis, hinc ſpargere uoces,
pro terrebat, ſpargebat.

Terent. And. act. 1. ſcen. 1.

Facile omnes perferre, ac pati cum quibus erat. pro perferebat & patiebatur.

Idem:

Ego illud ſedulo negare factum.

Etſi Quintilianus & Priſcianus κατ' ἔλλειψιν uerbi cœpit, hæc exponunt.

Ab Oratoribus.

Cicero.

Galba autem alludens uariè & copioſe multas ſimilitudines afferre, multaq́ pro æquitate ius dicere.

Et pro præterito perfecto.

Terent. Adelp.

Ille contra hæc omnia, ruri agere uitam, ſemper parcè ac duriter ſe habere. pro egit, habuit. Nam ſtatim ſequitur: uxorem duxit, nati filij duo ſunt. *In Phorm.*

Itáne tandem uxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Nec meum imperiū (age mitto imperiū.) non ſimultatem meā reuereri? pro reueritus eſt?

Ἑλληνισμός, pro ſupino in ſum, uel tum.

Terent.

Vultis ne eamus uiſere? pro uiſum.

HETEROSIS

Temporum.

Præſens pro Imperfecto.

Verg. 4. Aen.

At regina graui iamdudum ſaucia cura,
Vulnus alit uenis, & cœco carpitur igni. pro alebat, & carpebatur.

Idem 2. Aen.

Hoc Ithacus uelit: & magno mercentur Atridæ, i. uellet, & mercarentur.

Et poſt continuatiuas, Si & Niſi, particulas.

Idem:

Ni faciat maria ac terras, cœlumq; profundum
Quippe ferant rapidi ſecũ, uerrantq; per auras.
pro faceret, ferret, & uerreret.

Terent.

Tu ſi hic ſis: aliter ſentias. pro eſſes, & ſentires.

Præſens pro perfecto, tam in proſa, quam in uerſu: quoties rem ceu ob oculos ponere cupimus, ut quaſi ipſa uideatur geri: quam figuram ἐνάργειαν *uocant Rhetores.*

Terent.

Accedo ad pediſſequas, quæ ſit rogo, ſororem aiunt eſſe Chryſidis. pro acceſsi, rogaui, dixerunt.

Verg.

—*Et omnis humo fumat Neptunia Troia*, pro fumauit.

Imperfectum pro plusquamperfecto.

Terent. Adelph.

Nam ſi eſſet, unde id fieret, faceremus. pro fuiſſet, & feciſſemus.

Perfectum pro Imperfecto.

Idem Eunucho.

Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

Et mox:

Ibi tum matri paruulam puellam dono quidã mercator dedit.

Et pro præſenti apud Poëtas.

Verg. Aen 2.

–Quanquam animus meminiſſe horret, luctu`q́;` refugit. *Pro plusquamperfecto.*

Verg.

–Et ni mea cura reſiſtat,
Iam flammæ tulerint, inimicus et hauſerit enſis: pro tuliſſent.

Pro futuro.

Hannibal apud Liuium.

Si tales animos in prælio habebitis, quales hic oſtenditis, uicimus.

Et maximè in potentiali modo.

Terent. in Hecyra.

Deniq; hercle aufugerim potius quam redeã.

In Heaut.

In mea uita tu tibi laudem is quæſitum ſcelus, ubi ſi paululũ modo quid te fugerit, ego perierim

Plus quamperfectum pro Imperfecto.

Cic.

Cicero ad Att. lib.2. epiſt.24.

Fit ſenatus conſultum, ut Vectius quod confeſſus eſſet ſe cum telo fuiſſe, in uincula conijceretur, qui emiſiſſet, contra rempub eſſe facturum. pro qui emitteret.

In Infinitiuo præſens pro futuro.

Verg. Aen. 1.

Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat. pro ducendam eſſe.

Futurum pro præſenti fore pro eſſe.

Cic. Att. lib.5. epiſt.22.

Addis ſi quid ſecus, te ad me fore uenturum. Nam huic infinitiuo non ſubijcitur participiũ: ſed ſi adiunctum ſit: ponitur uice nominis. Vt.

Cicero.

Spero amicitiam noſtram notam poſteritati fore. Cæſ.

Non fore dicto audientes milites.

Sic Affore pro præſenti accipitur.

Seruius Sulp. ad Cic lib.4. epiſt.6.

Maior mihi ratio affore non poteſt, quam coniunctio conſuetudinis ſermonumq́ noſtrorũ.

Legitur & uerbum futuri temporis cum futuri participio.

Ouid.2. de arte aman.

Tu procul abſenti cura futurus eris.

Mart. lib.14.

Mergit me fluctus, cum rediturus ero.

Cic. ad Att lib. 12. epiſt. 4.

Tu tamen ſi quid cum Silio uel ipſo die, quo ad Sicam uenturus ero, certiorem me facias.

In his uel participij, uel uerbi eſt ἐναλλαγὴ.

Aliæ formulæ loquendi, in quibus ſtructuræ legitimæ ratio in genere & numero non ſeruatur.

1. Vbi inter appellatiua, quæ idem aliquo pacto ſignificant uerbum reperitur ὑπαρκτικὸν.

Terent. And. act. 3 ſcen. 3.

Amantium iræ amoris redintegratio eſt.

Ouid. lib. 3. de arte.

Veſtes quas geritis, ſordida lana fuit.

2. Participium.

Terent.

Nunquam æq; paupertas onus uiſum eſt mihi graue, & miſerum.

3. Relatiuum.

Saluſt de con. Cat.

Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellant.

Cic. pro P. Sextio.

Tum Domicilia cõiuncta, quas urbes dicimus.

In illis autem duplicem eſſe rationem inquit Linacer.

Terent. Eunuch. act. 1. ſcen. 1.

Et quod nunc tute tecũ iratus cogitas: Ego

ne illam: quæ illum: quæ me: quæ non: ſine modò, mori me malim, ſentiet qui uir ſiem. Hæc uerba una me hercle falſa lachrymula, quam oculos te-rendo miſerè, uix ui expreſſerit, reſtinguet.

And act. 1. ſcen. 1.

Quod pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli, ut animum ad aliquod ſtudium adiungant: aut equos alere, aut canes ad uenandū, aut ad philoſophos. Horū ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat.

In his uel σωνεσραμμένον facere licet: eritq; hoc pacto ἐναλλαγὴ ἀριθμοῦ ἑνικοῦ ἀντὶ τοῦ πληθυντικοῦ in relatiuo. Quod pro quæ. &c. uel ἐπανάληψιν: ut ſit ἔκλειψις demonſtratiui pronominis illud, & reſumptio eius quod prius erat poſitum, diuerſis facta uerbis. Hoc modo: Illud quod nunc tute tecum iratus cogitas. Ego ne illam: &c. Et, illud quod pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli &c. horum ille nihil. &c.

DE NON CONSEQVENTE, quod ἀνακόλουθον dicitur.

Atq; hæc ſunt ferè Enallages apud Linacrū, præcepta: ad intelligendum atq; iudicandum, ſtudioſis linguæ latinæ pernéceſſaria. Addunt autem huic Ανακόλουθον: quod eſt figura, uel uitium potius orationis: quando non redditur: quod cū ſuperioribus conueniat. Hoc eſt, uerbum aliquod in conuerſione τῇ ἀποδόσει adhibitum: ei quod ini-

tio ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ ἀποδόσει propoſitum eſt, non reſpondet: ſed cum eodem diſcrepat.

Terent. And. act. 1. ſcen. 1.

Nam qui cum ingenijs cõflictatur eiuſmodi,
Neq; cõmouetur animus in ea re tamen
Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ uitæ modũ.

Idem: act. 5 ſcen. 1.

Vbi ea cauſa, quamobrem id faciunt, erit adempta, deſinent.

Et in eodem actu ſcen. 3.

Adeon' impotenti eſſe animo: ut præter ciuiũ
Morem atq; legem, & ſui uoluntatem patris,
Tamen hanc habere ſtudeat cũ ſummo probro?

Adelph. act. 2. ſcen.

Æſ. Quanquam eſt ſceleſtus, non commitet hodie unquam, iterum ut uapulet.

Sic apud Græcos ſæpe cum aliarum particularum: tum etiam in ea oratione, in qua μὲν & δὲ adhibentur, alterutra omitti ſolet.

Idem: Terent. Eunucho act. 4. ſcen. 7.

Omnia prius experiri: quam armis ſapientem decet Vbi Donatus ἀνακόλουθον *ait eſſe armis pro arma.*

In Eunucho ſcen. ult.

Phæd. Cur ergo in hiſce conſpicor regionibus? Thraſ. Vobis fretus.

Hecyra

Hecyra. act. 3. ſcen. 1.

Nos omnes quibus eſt alicunde aliquis obiectus labor, omne quod eſt interea tempus, priuſquam id reſcitum eſt, lucro eſt.

MIXTIO
figurarum.

OMnes autem hæ conſtructionis figuræ, aut ſimplices ſunt ἁπλαῖ: aut compoſitæ, alijſque iunctæ, hoc eſt, bis aut ſæpius quaſi figuratæ, σύνθετοι, καὶ διπλῶς ἐσχηματισμέναι. Quarũ omniũ tam ſimplicium, tam mixtarum exempla, ex optimis Grammaticis propoſuimus. Ac facile ſtudioſus uidebit, ubi plures una in orationis ſententiarumque forma & transfiguratione quaſi, concurrant. I.

Verg. Aen. 1.

Vnde hominum genus. & pecudes, unde imber & ignis. Eſt enim hic & ἔλλειψις uerbi ὑπαρκτικοῦ Sum. Et uel σύλληψις, uel ζεῦγμα: propterea quod, ſit, uel ſint, non niſi mutatum omnibus poteſt applicari,

II. Σύλληψις *Numeri & Generis ſimul.*

Liuius.

Fregellis murus & porta de cœlo tacta erant.

III. Σύλληψις καὶ ἔλλειψις.

Saluſt.

Genus, ætas, èloquentia, propè paria fuerunt.

IIII. Σύλληψις καὶ ἐπεξήγησις, καὶ ἔλλειψις.

Idem:

Odium & metus, peſſimi ad diuturnitatem cuſtodes.

V. Πρόληψις, σύλληψις, καὶ σύνθεσις.

Terent.

Ego uapulando, ille uerbando, uſq; ambo deſeſſi ſumus.

Idem:

Verum Demea curemus æquam uterq; partem: tu alterum, ego uero alterum.

VI. Ἐπεξήγησις κατὰ σύνθεσιν.

Ouid.

In me turba ruunt luxurioſa, proci.

VII. Πρόληψις, ἐναλλαγὴ, καὶ σύλληψις.

Saluſt.

Igitur initio reges (nam in terris id nomen imperij primum fuit) diuerſi: pars ingenium, alij corpus exercebant.

VIII. Σύλληψις καὶ ζεῦγμα.

Horat. lib. 1. ſaty. 4.

—Fuluius acer
Ambulat, & caprius rauci.

IX. *Euocatio &* σύνθεσις.

Verg.

Pars Scythiam, & rapidum Cretæ ueniemus Oaxem.

Verū

Verum plura exempla compoſitarum figurarum hic congerere non eſt neceſſe. Nam talia obſeruare & annotare ſcholaſtici ipſi perfacile poſſunt.

DE IIS FIGVRIS, QVAE *ordinis commutationem habent; dicunturque σχήματα τακτικά.*

Reſtare adhuc uidentur eæ configurationes: quæ non uerborum, ut ſuperiores, de quibus ſatis arbitror eſſe explicatum: ſed ordinis Grammatici (de quo ſuo loco dicemus) quaſi perturbationem immutationemúe habent: cumque ὑπερβαίνουσι *hoc eſt, tranſeunt. Quo fit ut apud Græcos generale nomen, & tanquam caput, ad quod ipſæ referuntur, habeant* ὑπερβατόν*: quod Cicero in libris oratorijs uerborum tranſgreſſionem appellat.*

Formæ τοῦ ὑπερβατοῦ.

	Ἀναστροφή.
Formæ uerborum tranſgreſſionis ſunt ſeptem præcipuæ:	Διάλυσις ἢ παρένθεσις.
	Διακοπὴ ἢ τμῆσις.
	Σύγχυσις.
	Ὑστερολογία.
	Ὕστερον πρότερον. *Huc pertinet* ὑπαλλαγή.

ΑΝΑΣΤΡΟΦΗ.

Ἀναστροφὴ ἢ ἀντιστροφὴ uerborum eſt inuerſio. Autor ad Herennium peruerſionem nominat.

1. *Præpoſitionis cum ſuo caſu.*

Verg. Aen. 1.

Italiam contra. Et:
His accenſa ſuper. Et:
Maria omnia circum. Ibidem:
Spemq; metumq; inter dubij. Et:
Multa de nocte profectum. Item:
Quem penes arbitrium eſt,

Cic. lib. 13. epiſt. fam. 39.

Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia.

Idem Tuſcu. lib. 3.

Cuius ob oculos Graij ora obuertebant ſua.

De finibus 2.

Quorum è numero primus eſt auſus Leontinus Gorgias in conuentu poſcere quæſtionem.

De Orat. 3.

Cuius in labris ueteres Comici, etiam cum illi maledicerent, &c. lepôrem habitaſſe, dixerũt.

De perfecto Orat.

Cuius ad excogitatam ſpeciem imitando referuntur ea, quæ ſub oculos ipſa non cadunt.

2. *Aduerbij CVM.*

Cæſar.

Diutius

Diutius cum noſtrorum impetum ferre non poſſent. Idem bello Gall.

Diu cum eſſet pugnatum.

3. Coniunctionis VT.

Terent. An. act. 4. ſcen. 1.

Nec te quiuit hodie cogere, illam ut duceres.

Cæſar lib. 1. bello Gall.

Eaq́ res colloquium ut dirimiſſet.

ENIM.

Adelph act. 2. ſcen. 1.

Enim non ſinam.

QVE.

Horat. lib. 2. od. 19.

Ore pedes, tetigitq́ crura.

NE.

Idem lib. 1. ſaty. 8.

Cum faber incertus ſcamnũ facere tq́ ne Priapum. Sedenim.

Verg. 2. Aen.

—Impius ex quo
Tytides ſedenim ſcelerumq́ inuentor Vlyſſes.

Quoniam.

Idem Eclog. 3.

4. Relatiui.

Terent. Hecy. act. 4. ſcen. 4.

Mater quod ſuaſit ſua, adoleſcens mulier fecit.

5. Dictionis quæ inter adiectiuum in accuſandi caſu poſitum, & ſubſtantiuum in genitiuo, collocatur.

Cic. lib. 10. epiſt fam. 5.

Sed amor uoluntatiſq; coniunctio plus habet ſuauitatis.

Terent. Eunu. act 2 ſcen. 2.

Paululum da mihi operæ.

ΔΙΑΛΥΣΙΣ ἢ παρένθεσις.

Hanc διάλυσιν uocant, quaſi orationis diſſolutionem: et παρένθεσιν interpoſitionem alicuius ſententiæ, quæ etſi declarandi cauſa inſeritur, tamẽ ea ſublata ſermo nihilominus eſt perfectus & abſolutus. Verg. Aen. 1.

Iuppiter hoſpitibus (Nã te dare iura loquũtur)
Hunc lætum Tyriiſq; diem Troiaq; profectis.

Cic. præf. off. lib 1.

Nam Philoſophandi ſcientiam cõcedens multis (quod eſt oratoris proprium) apte, ornate dicere (quoniam in eo ſtudio ætatem cõſumpſimus) ſi id mihi aſſumo: uideor id meo iure quodamodo uendicare.

Sed figura eſt notiſsima: Addi autem huic rectè poteſt. ἡ ἐπεμβολὴ ἢ ὑποστροφὴ, quam non inſcite interiectionem poſſumus appellare. Differũt autem: quod hæc interponit aliquid ut ſententia magis continuetur: illa uero ſententiam diuidit: ut

ut aliquando clariſs. uir IOANNES Sturmius annotauit.

Cic. pro Archia ἐν τῇ ἀποδόσει Exordij.

Quod ſi hæc uox huius hortatu, præceptisq́; conformata, nonnullis aliquando ſaluti fuit: à quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios ſeruare poſſemus, huic profecto ipſi, quantum eſt ſitum in nobis, & opem, & ſalutem ferre debemus. Eſt enim τρίκωλος περίοδος, in qua conuerſione eſt ὑπέρβατον καὶ ἐπιμβολὴν, καὶ ἀναστροφὴν.

Idem in proœmio Orationis
pro M. Marcello.

Diuturni ſilentij P. C. quo eram his temporibus uſus, non timore aliquo, ſed partim dolore, partim uerecundia, finem hodiernus dies attulit: &c. Verg.

Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi,
Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena: &c.

Sed eius figuræ exempla ſunt plurima: quæ annotare nimis longum eſſet.

Cæterum poſt hanc non modo παρένθεσιν, ſed etiam ἐπεμβολὴν, ſi longior illa ſit, perſpicuitatis cauſa ſæpe ἐπανάληψις adiungi ſolet. Quæ id quod poſt alia interpoſita, ac interiecta repetimus, atq; reſumimus id quod principio eſt propoſitum atq; collocatum. Et quanquã ad πλεονασμὸν

illa

illa pertinere uidetur: propterea quod uerborum ſtructura, & conſecutio ſine eo quod reſumitur, eſt integra: tamen etiam hoc loco utiliter poteſt obſeruari.

Fit autē ἐπα- νάληψις uel uerbis
- Iiſdem.
- Diuerſis aut
  - Poteſtate paribus.
  - Magis generalib.

1. Iiſdem.

Cic. ad Brutum epiſt. 15.

Caue enim exiſtimes Brute (quanquam non eſt neceſſe ea me ad te, quæ tibi nota ſunt, ſcribere) caue putes probitate, conſtantia, cura, ſtudio reipub. quicquam illi eſſe ſimile.

2. Poteſtate paribus.

Idem in Tuſc. lib. 1.

Cōfirmato illo, de quo ſi mortales animi ſunt, dubitare non poſſumus, cum tantus interitus in morte ſit, ut ne minima quidē ſuſpicio ſenſus relinquatur: hoc igitur probe ſtabilito & fixo, illud excutiendum eſt, ut ſciatur quid ſit carere.

3. Magis generalbus.

Pro M. Marcello.

Verum animum uincere, iracundiam cohibere, uictoriam temperare, aduerſariū nobilitate, ingenio, uirtute præſtantem, non modo extollere iac

re iacentem, ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem. Hæc qui faciat, nō ego eum ſummis uiris comparo: ſed ſimilimum Deo iudico.

Adhibentur in ἐπαναλήψει *aliquando notæ quædam: cuiuſmodi ſunt: Inquam, igitur, ſed &c.*

Idem de Orat.

Noſtra enim ſi modo nos oratores ſumus, ſi in ciuium diſceptationibus, ſi in periculis, ſi in deliberationibus publicis adhibendi autores, & principes ſumus: nota eſt (inquam) omnis iſta prudentiæ doctrinæq; poſſeſsio.

Lib. 3 de Orat.

Cum audio ſocrum meam Leliam (facilius. nã mulieres incorruptam antiquitatem conſeruant, quod multorum ſermonis expertes, ea tenent ſemper quæ prima didicerunt) ſed eam ſic audio, ut Plautum mihi, aut Næuium uidear audire.

ΔΙΑΚΟΠΗ ἢ τμῆσις

i. Intercisio.

Τμῆσις *eſt uocabuli compoſiti diuiſio, uno aut etiam pluribus alijs interiectis. Græci ſic eam definiunt:* τμῆσις ἐστὶ συνθέτου λόγου ἀνάλυσις εἰς δύο λέξεις

Verg. 3. Georg.

Talis Hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni.

Terent. And. act. 2. ſcen 5.

Quæ meo cunq; animo libitum eſt facere.

Idem Eun. act. 3. ſcen. 3.

Thaïs maximo te orabat opere, ut cras redi-res. *Plaut. Perſ. act. 1. ſcen. 2.*

Sed ſum ne ego ſtultus, qui rem curo publicã. *Cicero.*

Quam rem procul, inquit, dubio dixiſſet. *Lib. 1. Tuſcul.*

Ante Salaminam ipſam Neptunus obruet, quam Salaminij Trophæi memoriã: priusq; Bœotia Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria.

Idem de Senect.

Eſt enim munus eius non ingenij ſolum, ſed laterum etiam, & uirium.

Hom. Iliad. α.

Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. *pro* ἐξερέω, *quod Poëtis eſt affirmare uel confirmare. ut præſtantiſſimus uir Ioach. Camerarius in illius loci explicatione docet. Et pro* ἐπομοῦμαι: *ſunt enim hæc coniungenda.*

Ibidem:

οὐδ' ἀναθηλήσει, περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε, φύλλά τε, καὶ φλοιόν. *&c. pro* περιέλεψε γὰρ αὐτὸ χαλκὸς, κατά τε φύλλα καὶ φλοιόν.

Ibidem.

ὣς φάτο Πηλείδης, ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ. *pro* προσέβαλε τῇ γῇ τὸ σκῆπτρον. *Eſt autem* ποτὶ *Dorica præpoſitio.*

Eodem in loco:

Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο. *pro* κατεκαύθησαν δὶ μηροί.

ΣΥΓΧΥΣΙΣ.

Σύγχυσις *eſt ordinis uerborum confuſio, & omni ex parte quaſi perturbatio. Author ad Heremium tranſiectionem, Hermogenes* ὑπερβατὸν καθ' ὑπέρθεσιν *appellat.*

Hæc aliquando commoda eſt. Nam etſi uerba diſiungit: tamen efficit ut non modo obſcura: ſed etiam pulchra eſſe uideatur oratio.

Cic. in P. Clodium.

Id ſperaſti rempub. non diutius quàm quoad mecum ſimul expulſa careret his mœnibus eſſe laturam.

Aliquando incommoda eſt, tum cum orationem reddit duriorem, atq; obſcuriorem.

Verg. Aen: 3.

Tres notus abreptas in ſaxa latentia torquet:
Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras,
Dorſum immane mari ſummo.

In his eſt ordo:

Notus torquet tres ſ. naues, abreptas in ſaxa: quæ ſaxa latentia in fluctibus medijs, Itali uocant aras: Dorſum immane mari ſummo.

Eodem in libro.

Vina bonus quæ deinde cadis onerârat Aceſtes
Littore Trinacrio dederatq; abeuntib. Heros
Diuidit.

Con-

Conſtruitur ſic:

Heros .ſ. Aeneas diuidit deinde uina, quæ bonus Aceſtes.ſ.Rex Siciliæ onerârat cadis, dederatq; abeuntibus.ſ.Troianis, littore Trinacrio.

Horat lib.1.ſat.5.

Nanq; pila lippis inimicum & ludere crudis.

Eſt enim hic τάξις *& uerborum Grammatica collocatio: Ludere pila eſt inimicum lippis & crudis.*

ΥΣΤΕΡΟΛΟΓΙΑ.

Υστερολογίαν *uocant: quoties aliqua præpoſitio non cum eo quem regit, caſu: ſed cũ uerbo, tanquã ei iuncta, conſtruitur.*

Verg. Aen.1.

—Tyriam qui adueneris urbem. pro qui ueneris ad urbem Tyriam.

Idem:

Atq; rotis ſummas leuibus perlabitur undas.

pro, Atq; labitur rotis leuibus per ſummas undas.

Eſt & in his ὑστερολογία: *quæ* κατὰ τὸ συνεσραμμένον *ſunt cõfecta: in quibus relatiuum pronomini* δεικτικῷ*, cuius demonſtrationem explicat, præponitur.*

Cic. pro Lig.

Sed hoc nõ cõcedo, ut quibus rebus gloriemini in uobis, eaſdem in alijs reprehendatis.

Et pro eodem.

Quotus

Quotus enim iſtud quiſq; feciſſet? ut à quibus partibus in diſſenſione ciuili non eſſet receptus, eſſetq; etiam cũ crudelitate eiectus, ad eas ipſas rediret.

Et ubi relatiuum ſententiæ ad quã refertur, poſtponitur.

Ouid. de Ponto lib. 2. eleg. 6.

Quodq; ſoles animo ſemper quod uoce precari,
Omnia Cæſaribus ſic tua facta probes.

Item in hoc Ciceronis loco ad Ruſum: lib. 5 epiſt. 20.

Tamen, quæ tua ſuauitas eſt, quiq; in me amor, nolles à me hoc tempore æſtimationem accipere.

Et ubi relatiuum diuerſæ ſententiæ, quæ natura ſequi debebat, priore loco ponitur.

Cicer. lib. 1. epiſt. fam.

Cæteris ſatisfacio omnibus: mihi ipſi nunquã ſatisfacio.

Eſt & ὑστερολογία in illo loco.

Horat. lib. 1. Od. 3.

Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ lucida ſydera,
Ventorumq; regat pater,
Obſtrictis alijs præter Iapiga
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Vergilium finibus Atticis
Reddas incolumen precor.

O

Nam natura comprecatio προσευχὴ ſeu uotũ præcederet, obteſtatio δέησις ſequeretur.

ΥΣΤΕΡΟΝ πρότερον.

Tanta eſt harum duarum figurarum cognatio: uix ut diſcrimen queat deprehẽdi. Hoc tamẽ differunt: quod illic uocabulorum, & eorum traiectationis: hic autem rerum ipſarum eſt tranſpoſitio. Hanc ob cauſam Grammatici ὕστερον πρότερον, ἢ προθύστερον aiunt eſſe ſenſuum præpoſterum ordinem, ἀντεστραμμένην τῶν διανοιῶν τάξιν, ἢ μετάθεσιν. cũ id quod ſecundo loco, eſt aut fit, initio ponitur.

Verg. Aen. 1.

Et torrere parant flammis & frangere ſaxo.

Idem:

Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad æquora uenit.

Idem: 4.

Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimouerat umbram.

Et in 1. Georg.

Area tum primũ eſt ingenti æquanda cylindro,
Et uertenda manu.

ΥΠΑΛΛΑΓΗ.

Referunt huc ὑπαλλαγήν: quæ eſt, quando oratio rerum ordine conuerſo exprimitur.

Verg. 2.

—Tergo ſceleratam intorſerit haſtam, pro ipſe ſceleratus.

Idem

Idem 3.

Linquere pollutum hoſpitium, & dare claſsibus æquor.

Et 5.

Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu,
Alta petens pariter oculos telumq́; tetendit.

Et 6.

Ibant obſcuri ſola ſub nocte. pro ſoli ſub obſcura nocte.

Idem 12.

—Cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit. Id eſt: cui ignis animi ſubiecit ruborem.

Ouid. 1. Metam.

Perdidit effuſo per uulnera nigra ueneno. pro effuſo nigro ueneno.

Ὑπέρβασις.

Sunt etiã nonnullæ impeditæ cõſtructiones: quæ tamen ad illarum nullam formam propriè ſpectare uidentur: atq; generali nomine ὑπερβάσεις dici conſueuerunt.

Cic pro Cluentio.

Animauerti Iudices omnem accuſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes. Hic enim longius à ſuo loco dictio eſt tranſgreſſa. Erat enim rectum in duas partes diuiſam eſſe. Huiuſmodi exempla ſæpiſsime occurrunt.

FIGVRAE

DE ORDINE ATQVE

collocatione uerborum in autorū interpretatione ac expoſitione:

CVM Grammatica ſit certum artificium ac ratio loquendi & ſcribendi: perſpicuum eſt eam in uerbis, & elocutionis prima parte, quæ dilucidi, hoc eſt, puri & latini ſermonis uiam tradit, potiſſimum conſiſtere. Hac enim omnes animi cogitationes atq; ſententias perſpicuè explicamus. Verſatur autem literarum illa ſcientia, in uerbis primum ſimplicibus, deinde cōiunctis: quorum ratio in quatuor partes eſt diducta: Conſecutionem ἀκολουθίαν ἢ σύνταξιν: Ordinem τάξιν: Continuationem συνέχειαν: & diſtinctionē inciſorum ac membrorum, totiusq; orationis, θέσιν ἢ διαστολήν. Atq; nos quidem conſecutionis alteram partem, quæ figurata eſt, hactenus explicauimus; ſequitur ordo, qui in optimorum autorum lectione atq; interpretatione diligenter eſt conſiderandus. Sed antequā ad illius præcepta ueniamus: altius paulò ea quæ in ἐξηγήσει .i. expoſitione bonorum ſcriptorum ſpectanda ſunt, repetemus. Sunt autem horum quinq;.

1. Ἀνάγνωσις loci eius quem uolumus cognoſcere, uel integri uel maioris partis lectio, atq; recitatio: quæ clara ſit, & diſtincta: ut res ipſa uniuerſa

ſa

ſa ſimul queat animaduerti.

2. Ordo, τάξις. *Eſt autem duplex uerborũ collocatio: oratoria & artificioſa, quã ipſi ſcriptores habent: & Grammatica ſeu naturalis, quæ in explicatione quid primo, quid ſecundo quid tertio quid deniq; poſtremo loco ponendum ſit, demonſtrat. De qua nos mox Grammaticorum præcepta præſcribimus.*

3. Ἀναφορὰ, *repetitio eius quod ex præcedentibus eſt certum ac perſpicuum: aut ſubintelligentia eius quod extrinſecus aſſumitur, & conſuetudine autorum ſubaudiri, ſuppleriúe ſolet.*

4. Ἑρμηνεία ἢ ἐξήγησις, *ipſa expoſitio, uel interpretatio: quæ fit uel latino, uel patrio ac uernaculo ſermone In qua eſt & uerborum, & rerum ſententiarũq; explicatio: & indicatio artis, notatioq; præceptorum rationis dicendi ac diſſerendi. Sed hæc quidem* ἀποσημείωσις *non ad Grammaticũ propriè pertinet: ueruntamen cum tempore quoq; erit inſtituenda.*

5. Poſtremum locum occupat ἡ ἀνάλυσις *reſolutio, ratio longè utiliſsima. Eſt enim omnium illorum quæ in aliquo ſcriptore legimus, cognouimus, & obſeruauimus, ad locos uerborum, rerum & artis quaſi deportatio atq; reductio: quæ & ad uerborum cum ſingulorum, tum collocatorũ magnam ſuppellectilem & ueluti theſaurum com*

parandum: & ad rerum quas autores docent, co-gnitionem & ſcientiam, & ad aduтrorumq; ex-politionem & tractationem, magnas affert com-moditates. Sed de his ferè nimis multa: ad ordi-nem qui inter explicandum tenendus, igitur re-uertamur.

Ordo & quaſi progreſsio uerborum naturalis.

I. Primum locum habent ſi adſint συγκατηγορήματα, *hoc eſt, particulæ, quæ ſunt quaſi uincula orationis: ut ſunt Aduerbia, coniunctiones & interiectiones.*

II. Vocatiuus in
- *Iuſsione.*
- *Rogatione.*
- ἀποστροφῆ.
- *Exclamatione. &c.*

III. Nominatiuus, qui initium eſt, & quaſi fundamentum ſtructuræ & uerborum exædifi-cationis. Dialectici οὐσίαν, ὑποκείμενον, καὶ ἡγούμενον *uocant: quia aut rem aut perſonam ſignificat. Huius autem uice ſæpe alia, quæ Præceptores pueris indicare oportet, ponuntur.*

IIII. Vocabulum recto additum quod illi co-hæreat: ut eſt adiectiuum ἐπίθετον, *aut ſubſtantiuũ alterum ei declarandi cauſa adiunctum* κατὰ πρόθεσιν ἢ ἐπεξήγησιν.

V. Ver-

V. Verbum quod uocant appoſitum. Eſt uel
- *Finitum*
  - *Perſonale, tanquã adtributum.*
  - *Imperſonale.*
- *Infinitum.*

Accuſatiuus antecedit uerbum infinitum, hoc uero finitum ſequitur.

Verbum προσωπικὸν *actionem, aut perpeſsionẽ, aut aliam quandã deſcriptionem, affectionémue ſignificat. Vbi ſe offerunt imperſonalia non erit nominatiuus inquirendus: ſed conſtructio ab ijſdem incipienda eſt aut ab obliquis.*

VI. Aduerbia, quæ ſunt uerbi circumſtantiæ & adtributa. Eius enim conditionem, id eſt, locum, tempus, quantitatem, qualitatem, & reliquas περιστάσεις *declarant atq; demonſtrant. Huc nominatiui geſtuũ, & ablatiui abſoluti pertinẽt.*

VII. Caſus obliqui: inter quos proprij natura procedunt, communes ſequuntur.

VIII. Participia, & modi gerundi.

IX. Præpoſitiones, quæ ſæpe attexunt alia nomina: integra quoq; κόμματα *quæ facti ſignificant circumſtantiam. Huc & relatiua ſunt ponenda Qui, quæ, quod.*

X. Coniunctiones, quæ orationem connectunt, hoc eſt, ſuperioribus ſententijs, & uocabu

lis, aliàs addunt. In quibus idem ordo qui à nobis hic præſcribitur debet ſeruari.

Atq; in hac ſerie quaſi uerborum conſiſtit ordo natiuus quem Grammaticus & Dialecticus, quorum alter de ſermonis & uerborum generi atq; natura: alter de rerum cõſecutione iudicat, ſolet conſiderare: orator uero eum ordinem cum propter cauſæ commoditatem, tum propter concinnitatem ornatumq; ſæpe artificioſè commutat. Sed addamus huius rei aliquot exempla.

Verg. Æen: 2.

—Iuuenes fortiſſima fruſtra
Pectora, ſi uobis audentem extrema cupido
Certa ſequi, quæ ſit rebus fortuna uidetis:
Exceſſere omnes adytis, ariſq; relictis
Dij, quibus imperiũ hoc ſteterat, ſuccuritis urbi
Incenſæ.

ὑπέρβατον *eſt* κατὰ σύγχυσιν. *Ad huius autem compoſitionis ac ſententiæ intelligentiã Grammatici ordinis obſeruatione opus eſt. Et* ἀνάλυσιν *per hos gradus qui ſupra poſiti ſunt, eſt progrediendum: hoc modo:*

Iuuenes pectora fortiſſima, ſuccurritis fruſtra urbi incenſæ: uidetis quæ fortuna ſit rebus: Dij omnes, quibus hoc imperium ſteterat, exceſſere adytis, & aris relictis: ſi cupido certa uobis. ſ. eſt, ſequi audentem ſ. me, extrema. In his eſt ἔκλειψις *coniunctionis* αἰτιολογικῆς, *nã, uel enim. &c.*

Cicero pro Archia.

Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure ſuccenſeat, ſi quantum cæteris ad ſuas res obeundas, quantum ad alias uoluptates & ad ipſam requiem animi & corporis cõceditur temporis, quantum alij tribuunt tempeſtiuis conuiuijs, quantum deniq; aleæ, quantum pilæ: tantum mihi egomet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero. Sic conſtruitur: Quare quis reprehendat tandẽ me, aut quis ſuucenſeat iure mihi: ſi tantum temporis ſumpſero mihi, ad hæc ſtudia recolenda: quantũ tribuitur cæteris ad obeundas res ſuas, &c.

Hunc ordinem obſeruare, & oſtendere adoleſcentibus etſi ſolutum his numeris oratorijs, & concinnitate: tamen magnum & ad intelligendum & ad iudicandum de bonis ſcriptoribus, adfert adiumentum. Primum enim ſententias in autoribus facilius deprehendent adoleſcentes, & turbatas animaduertent conſtructiones, quæ iam dudum ὑπερβατὰ diximus naminari, reſoluta hoc pacto, compoſitione oratoria: atq; ad hanc naturæ ſeriem accommodata. Sunt enim illæ uerborũ tranſgreſsiones ſæpe uitioſæ: uidelicet tum, cum officiunt perſpicuitati. Deinde ad loquendum & ſcribendum quoq;, & argumentũ aliquod latina oratione explicandum plurimum prodeſt

ſcire quomodo uerba uerbis, ſentētiæ ſententijs connecti atq; attexi queant: id quod ex hac præceptione facilime poteſt intelligi.

DE REGIMINE.

Addunt etiam hic Grammatici utiliſſimum de regimine, ut loquuntur, præceptum. Oſtendit autem illud, quod uerbū cum quo cohæreat. i. quæ uox ſit præcipua, & proxima, cui alius caſus ſit annectendus. Itaq; poſt demonſtratum ordinem, regimen quærendū eſt, hoc eſt, adoleſcentes ſunt interrogandi unde regatur caſus. Vt in hoc exemplo Horatij.

Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus: & celſæ grauiore caſu
Decidūt turres: feriūtq; ſummos fulmina mōtes.

Hic ſi quæratur: uentis, unde regitur? Reſpondum eſt: A uerbo Agitatur. Per quam regulam? Omne uerbum regit poſt ſe Ablatiuum ſignificantem aliquod ὄργανον inſtrumentum. Itē fulmina unde regitur? A uerbo feriunt. Quare? Nominatiuus præcedit uerbum finitum in eodem numero et perſona. Hoc regimen ἐκ πρώτου .i. à priore, uel fronte: illud ἐκ νώτου, hoc eſt, à poſteriore, ſiue tergo dicitur.

DE CONTINVAtione, uel compoſitione orationis.

NVNC de uerborum complexione, membrorumque diſpoſitione, quantum ad Grammaticum pertinet, dicemus. Nam quoniam ueteres ſententiarum membra illigari περιόδοις, & περιοδικῶς abſolui contexique uoluerunt: idcirco ea ratio in hoc genere minime erit negligenda. Ac περίοδον Cicero continuationem, comprehenſionem, ambitum, circuitum, conuerſionem, & circumſcriptionem concluſam nominat. Autor ad Herennium ſic definit: Continuatio eſt denſa, & continens uerborum frequentatio cum abſolutione ſententiarum.

- In comprehenſione duo ſunt ſpectanda:
  - Partes
    - Minores
      - Inciſa κόμματα.
      - Membra κῶλα.
    - Maiores
      - ἀρχὴ principium. uel propoſitio πρότασις.
      - τελευτὴ finis, ſiue redditio ἀπόδοσις καὶ ἀντιδιάστροφον.
  - Genera. Omnis. n. circumductio aut eſt
    - Vera, dicitur Περίοδος.
    - Quaſi uera, ſi ex pluribus quam quatuor membris conficiatur, diciturque περιοδικόν.

Par

Partes minores.

De Inciſis.

Græci κόμμα Latini inciſum uocant: eſt autē pars membri, non ſemper perfectam, ſed plerunq; ſemiplenam ſententiam comprehendens. Fit autē uel ex uerbis ſingulis iiſq; pluribus aut cōnexis. Itaq; uel breuiora ſunt inciſa, quando ſimplicia uocabula diſtinguunt: uel longiuſcula, quando orationes. Præterea aut extra periodum ſententiam perficiunt, aut in periodo locum habent.

I. Inciſa facta uerbis ſingulis.

Terent. Eun. act. 1. ſcen. 1.

In amore hæc omnia inſunt uitia: iniuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum, &c.

II. Verbis pluribus & connexis.

Idem And, act. 1. ſcen. 1.

Sim. Vos iſthæc intro auferte, abite, Soſia Ades dum, paucis te uolo. Soſ. Dictum puta, Nempe ut curentur rectè hæc. Inciſi enim magnitudo iuſta eſt ſex ſyllabarum: oblongius eſt cū uſq; ad nouem aut decem ſyllabas extenditur.

III. Inciſa in Periodo.

Cic. 3. act. in Verrem.

Pater dat filiæ: prohibes, leges ſinunt: tamen te interponis. de ſuis bonis ita dat: ut ab iure non abeat: quid habes quod reprehēdas? nihil opinor.

at ego

at ego concedo: probibe, ſi potes: ſi habes, qui te audiat: ſi poteſt tibi dicto audiens eſſe quiſquam, eripias tu uoluntatem mortuis? bona uiuis? ius omnibus? hoc populus Ro. nō manu uindicaſſet: niſi te huic tēpori, atq; huic iudicio reſeruaſſet.

III. In circuitu.

Cic. pro domo ſua.

Cum multa Pontifices, à maioribus noſtris diuinitus inuenta, atq; inſtituta ſunt: tum nihil præclarius, quàm quòd uos eoſdem & religionibus deorum immortalium, & ſummæ reipub. præeſſe uoluerunt.

In hac periodo ſiue circumductione κῶλα *ſunt, hoc eſt, membra, & eorum partes ipſa* κόμματα *(ut eſt apud D. Philippum Melanchthonem.) Inuenta, atq; inſtituta ſunt. Et religionibus Deorum immortalium. Et ſummæ reip. præeſſe.*

DE MEMBRIS.

Κῶλον *ſiue membrum, eſt integræ alicuius plenæq; ſententiæ complexio, & penè perfecta circuitus pars. Componitur autem & conſtat ex plurib. uerbis, & ad minimum ex duobus inciſis.*

Diuiſio Membrorum.

Omne

Omne Membrum uel eſt
- Integrum
  - Moderatum: non excedit 18. ſyllabas.
  - Oblongum χονιστωίς, quod ultra 18, aut amplius producitur.
- Compoſitum ex pluribus uerbis, & inciſis.
- Productum κατ' ὑπερβολήν.
- Im ambitu.
- Extra ambitum.

1. *Moderatum in illa quadrimembri conuerſione.*

Cicero.

Non enim furem, ſed raptorem: non adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ: nõ ſacrilegũ, ſed hoſtem ſacrorum, religionumq́ꝫ: non ſiccariũ, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium, ſociorumq́ꝫ, in ueſtrum iudicium adduximus.

2. *Oblonga membra.*

Cum multa pontifices, à maioribus noſtris diuinitus inuenta atqꝫ inſtituta ſunt: &c.

Et in ſequenti περιόδῳ τῇ κατὰ σύγκρισιν. *Primum membrum.*

Quod ſi ullo tempore magna cauſa in ſacerdotum populi Romani iudicio ac poteſtate uerſata eſt. Secundum membrum.

Hæc

Hæc profectò tanta eſt, ut omnis Reipub. dignitas, omniũ ciuium ſalus, uita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortunæ, domicilia, ueſtræ ſapientiæ, fidei, poteſtatiq; commiſſa, creditaq; eſſe uideantur. Productum eſt membrum inciſis ἐκτεταμένον κατὰ κόμματα.

3. *Producta* κατ' ἐπεμβολήν.

Pro Milone.

Etſi uereor, Iudices, ne turpe ſit pro fortiß. uiro dicere incipientem timere: minimeq; deceat, cum T. Annius Milo ipſe magis de Reip. ſalute quam de ſua perturbetur, me ad eius cauſam parem animi magnitudinem adferre non poſſe: tamen &c.

4. *In ambitu.*

Horum membrorum fermè nimis multa exempla propoſui.

5. *Extra periodum.*

Membratim facta oratio.

In Verrem lib. 4.

Ita illi non procraſtinant: Sthenium ſtatim educunt: aiunt ab eo literas eſſe corruptas. Sthenius poſtulat, ut ſecum ſui ciues agant de literis corruptis: eiusq; rei legibus Thermitanorum actio ſit: cum S. Pop. q; Romanus Thermitanis, quod ſemper in amicitia, fideq; manſiſſent: urbes, agros, legesq; ſuas reddidiſſet. P. q; Rutilius

tilius poſtea leges ita Siculis ex S. C. de decem legatorum ſententia dediſſet. ut ciues inter ſe legibus ſuis agerent: idemq́; hoc habuerit Verres ipſe in edicto: ut de his omnibus cauſis ſe ad leges reijceret, & cætera quæ ſequuntur. Hoc genus in quo membra extra periodum ſententiam abſoluunt, ad cõmoditatem ſpiritus inſtituitur. Ideóque nominatum eſt πνεῦμα.

PARTES PERIODI maiores.

Omnis ambitus, uel circumductio ex duabus partibus conficitur: principio ἀρχῇ καὶ προτάσει. i. unius aut plurium idq́; primorum membrorũ propoſitione atq; expoſitione. Ea autem ſententiæ eſt uel ſubiectum, uel antecedens: ut Dialectici loquuntur. Et fine τελευτῇ ἢ ἀποδόσει ἢ ἀνταποδόσει ἀντιστροφῇ, καὶ ἀντιδιαστρέφοντι applicatione & conuerſione ſiue concluſione, quæ eſt poſteriorum membrorum, quæ uel adtributum, uel conſequens comprehendit, accommodatio Nam περίοδος aut γνωμική eſt, quæ ſententiam habet: aut συμπερασματική argumentoſa, aut ἐναντιωματική, quæ ex diuerſis & contrarijs: aut deniq; ὁμοιωτική eſt, quæ ex ſimilibus conſtat. Nam cum circumſcriptionibus utimur ſæpenumero αἰτίαν. i. cauſam præponimus cõcluſioni: ſæpe ἀντίθεσιν facimus: ſæpe σύγκρισιν: quæ ornamenta omnia pertinent ad orationis copiã & amplitudinem.

DE PERIODIS.

Hactenus de partibus circumductionis: de inceps de integro, quod quibus nominibus appelle tur ſupra indicauimus. Eſt autem, continuatio inciſorum & membrorum, quæ ita rotundè inter ſe connectuntur: ut ſententiã aliquam rationẽq́ abſoluant, concludantq́. Nihil enim in hac perfecta oratione deſideratur.

Circũ ductionis duo ſunt genera:

- *Vnum ſimplex* ἀφελής: *cum unus ſenſus longiore ambitu circumducitur. Hermog.* μονόκωλον *uocat: propterea quod unico membro, quanquam rotundiore & prolixiore conſtat.*
- *Alterum cõpoſitum* τὸ ἐν κώλοις: *quod ex membris inciſisq́ conficitur: quæ plures ſenſus cõtinent. Eius etiã duo ſunt genera:*
  - Περίοδος *i. ambitus mẽbrorũ*
    - *Duorum,* δίκωλος, *i. bimembris.*
    - *Trium,* τρίκωλος, *trimembris.*
    - *Quatuor,* τετράκωλος. *i. quadrimembris.*
  - Περιοδικὸν *quaſi circuitus: conſtat ex pluribus quàm 4. membris.*

Periodi ſimplices & unimembres.

Cicero.

Vt iam nihil eſſe uideatur, niſi diuinare, ſapientis. *Idem:*

Sed hoc fieri melius, quam dici aut ſcribi uolunt. *Saluſt.*

Quæ homines arant, nauigant, ædificant, uirtuti omnia parent. In his enim non eſt manifeſta propoſitio, & redditio, ſed occulta & latẽs, quam tamen Dialecticus ἀναλύσας *facile poteſt inueſtigare.*

Periodi bimembres.

Cic. pro Roſ. Am.

Quoniam cuius conſilio occiſus ſit, inuenio: cuius manu ſit percuſſus, non laboro.

Pro Roſc. Comœdo.

Nam quemadmodum turpe eſt ſcribere, quod non debeatur: ſic improbum eſt non referre, quod debeas. *In Verrem lib 4.*

Vertit ſtilum in tabulis ſuis: quo facto cauſam omnem euertit ſuam. Eſt ἰσόκωλος, *in qua* κύκλος. *i. uerborum circulus de induſtria uitatus eſt* κατὰ μετάθεσιν καὶ παρέχησιν.

Saluſt.

Equidem ego regnum uobis trado firmum, ſi boni eritis: ſin mali, imbecillum. Eſt μάουρος.

Terentius.

Facile

Facile omnes cũ ualemus, recta conſilia ægrotis damus: tu ſi hic ſis, aliter ſentias.

Verg.

Ante focum, ſi frigus erit: ſin meßis, in herba.

Conuerſiones trimembres.

Cic. pro Quintio.

Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt: hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore: ſumma gratia & eloquentia.

Idem off. 1.

Sunt qui in rebus contrarijs parum ſibi conſtent: uoluptatem ſeuerißime contemnant, in dolore ſint molliores: gloriam negligant, frangantur infamia. *Verg.*

—Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles: ſi quis mihi paruulus aula,
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret:
Nõ equidem omnino capta, aut deſerta uiderer.

Quadrimembres conuerſiones.

In Verrem actione 3.

Neminem ueſtrum ignorare arbitror, iudices: hũc per hoſce dies ſermonem uulgi, atq; hanc opinionem populi Rom. fuiſſe: C. Verrem altera actione reſponſurum non eſſe: neq; ad iudicium affuturum. *Verg.*

Sed trahit inuitam noua uis aliudq; Cupido:
Mens aliud ſuadet: uideo meliora proboq;:
Deteriora ſequor.

Terent.

Nunquam ita quiſquam benè ſubducta ratione ad uitã fuit: quin res, uſus, ætas, ſemper aliud apportet noui: aliquid admoneat, ut illa quæ te ſcire credas neſcias: & quæ tibi putaris prima in experiundo repudies.

Περιοδικὸν ἢ περιγραφὴ περιοδική.

Comprehenſio quæ ex pluribus quam quatuor membris conſtat, dicitur περιοδικὸν καὶ περιοδικὴ περιγραφή. Ad hanc pertinet περιβολὴ καὶ εἰρμὸς, Hiſtoricorum & Poëtarum longior conſtructio, de qua alibi. Superioris autem exemplum hoc eſt in principio Archianæ.

Si quid eſt in me ingenij, Iudices: quod ſentio quam ſit exiguum: aut ſi qua exercitatio dicendi: in qua me non inficior mediocriter eſſe uerſatum: aut ſi huiuſce rei ratio aliqua ab optimarum artium ſtudijs & diſciplina profecta: à qua ego nullum cõfiteor ætatis meæ tempus abhorruiſſe: earum rerum omnium uel inprimis hic A. Licinius fructum à me repetere propè ſuo iure debet. Eſt autem περιοδικὸν μακρόκωλον, in quo poſtremũ membrum cæteris eſt iuſtò longius.

Verum in præſenti loco ſatis de Periodis: cætera ἀκριβέστερα cognoſce in Ariſtotele, Hermogene, Cicerone, Quintiliano, Ioan. Sturmio 2. Dialogo partit. orat.

Grammaticum tamen eſt particulas, & uocabula ad Periodos faciendas apta, obſeruare. Vt ſunt.

1. Nomina relatiua & comparatiua, & gerundiua.

2. Multa pronomina.

3. Coniunctiones, quibus aptè connectuntur plura κῶλα, { Copulatiuæ. Aduerſatiuæ. Cauſales. Rationales. }

4. Participia quædam. &c.

5. Aduerbia { Temporis. Loci. Similitudinis. Comparandi. }

6. Ablatiui abſoluti ſignificantes conſequentiam.

7. Gerundia.

DE RATIONE distinguendi.

SVPER eſt, ut de poſtrema: coniunctorum uerborũ parte dicendũ ſit, quã Latini Diſtinctionẽ, Græci διαστολὴν nuncuparũt. Eſt aũt diſtinctio, inciſorum, membrorum, & conuerſionum à ſe mutuo, apta, & ſuis locis facta diſiunctio. Et quemadmodum tria ſunt genera uerba

diſponendi: conciſio, intermiſſio, & concluſa circumſcriptio: ita quoq; tres in ſcribendo ſunt diſtinguẽdi rationes atq; formæ, quæ dicũtur θέσεις, καὶ στιγμαί: una inciſorum: altera membrorum: poſtrema couerſionum. Quarum prima ὑποστιγμή, Secunda μέση: Tertia στιγμὴ τελεία nominata eſt.

SVBDISTINCTIO.

Græci hanc etiam ὑποδιαστολὴν καὶ ῥάβδιον .i. Virgulam appellãt. Eſtq; nota, dexteræ partis circuli figurã hodie repreſentans Signatur .n. pũcto caudato & ſiniſtrorſum inflexo, ad imum literæ: ſic, Huius uſus eſt in notatione τῶν κομμάτων. i inciſorum: aut membrorum diſiunctione: quando uerborum ſtructura ſententiaq; nondum abſoluta eſt atq; perfecta. Ideoq; Theodorus eam etiam ἀτελῆ uocat.

MEDIA DISTINCTIO.

Mediam diſtinctionem, quæ & mora uocatur, duobus plerunq; punctis deſignant: uno ad ſummum, altero ad imum literæ collocato: hoc modo: Eamq; adhibemus in notatione membrorum: cũ ſententia quidem per ſe integra eſt: adhuc tamen ab alijs pendet: ut cum uel alia membra attexuntur, uel cum ἀποδόσεις τῶν περιόδων. i. conuerſionum adaptationes adhuc deſiderantur. Sæpe tamen τὰ κῶλα uel alijs interpoſita, uel interrogatione

infor-

informata, per παρένθεσιν, & ἐρώτημα ſolent ita notari. (–) — ;

ΔΙΑΣΤΟΛΗ τελική.

Perfectam diſtinctionem etiã τελικὴν uocant: propterea quòd non ſolum abſolutæ ſententiæ eſt indicium: ſed quòd etiam in fine & exitu uerborum & orationis adhibetur. Signatur autem puncto ſimplici ac recto, poniturq́; ad imum literæ locum.

Veterum στιγμή.

Veteres unica tantum nota, ad omnium partium conuerſionum diſiunctionem utebantur. Inciſa enim ad imum locum: membra ad ſummum, ambitum uero ad medium literæ collocato puncto, notabant. Quod ex his Theodori uerbis eſt uidere: Καὶ εἶδον δὲ, inquit, καὶ ἔχοντας κατὰ τὰς ἀριθμοὺς διαφορὰς, τὸ μὲν ἐφεξῆς ἐν τῷ μέσῳ: τὸ δὲ ἀτελὲς παρεκκλίνοντας πρὸς τὸ κάτω, τὸ δὲ μέσον πρὸς τὸ ἄνω.

Exemplum.

Cic. Epiſt. fam. lib. 1 epiſt. 1.

Et abſfui proficiſcens in Græciam: & poſtea quam de meo curſu reipub ſum uoce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui: cuius tanta eſt, non inſolentia. Nam id quidem uulgare uitium eſt, ſed immanitas, nõ modo ut uocem, ſed ne uultum quidem liberũ poßit ferre cuiuſdã.

Veteres ſic diſtinguebant.

diſponendi: conciſio, intermiſſio, & concluſa circumſcriptio: ita quoque tres in ſcribendo ſunt diſtinguendi rationes atque formæ, quæ dicuntur θέσεις, καὶ στιγμαί: una inciſorum: altera membrorum: poſtrema conuerſionum. Quarum prima ὑποστιγμή, Secunda μέση: Tertia στιγμὴ τελεία nominata eſt.

SVBDISTINCTIO.

Græci hanc etiam ὑποδιαστολὴν καὶ ῥάβδον .i. Virgulam appellant. Eſtque nota, dexteræ partis circuli figuram hodie repreſentans Signatur.n. puncto caudato & ſiniſtrorſum inflexo, ad imum literæ: ſic, Huius uſus eſt in notatione τῶν κομμάτων. i inciſorum: aut membrorum diſiunctione: quando uerborum ſtructura ſententiaque nondum abſoluta eſt atque perfecta. Ideoque Theodorus eam etiam ἀτελῆ uocat.

MEDIA DISTINCTIO.

Mediam diſtinctionem, quæ & mora uocatur, duobus plerunque punctis deſignant: uno ad ſummum, altero ad imum literæ collocato: hoc modo: Eamque adhibemus in notatione membrorum: cum ſententia quidem per ſe integra eſt: adhuc tamen ab alijs pendet: ut cum uel alia membra attexuntur, uel cum ἀποδόσεις τῶν περιόδων. i. conuerſionum adaptationes adhuc deſiderantur. Sæpe tamen τὰ κῶλα uel alijs interpoſita, uel interrogatione

informata, per παρένθεσιν, & ἐρώτημα ſolent ita notari. (–) — ;

ΔΙΑΣΤΟΛΗ τελική.

Perfectam diſtinctionem etiã τελικὴν uocant: propterea quòd non ſolum abſolutæ ſententiæ eſt indicium: ſed quòd etiam in fine & exitu uerborum & orationis adhibetur. Signatur autem puncto ſimplici ac recto, poniturq́; ad imum literæ locum.

Veterum στιγμή.

Veteres unica tantum nota, ad omnium partium conuerſionum diſiunctionem utebantur. Inciſa enim ad imum locum: membra ad ſummum, ambitum uero ad medium literæ collocato puncto, notabant. Quod ex his Theodori uerbis eſt uidere: Καὶ εἶδον δὲ, inquit, γ΄ ἐφορῶντας καὶ τὰς ἀριθμοὺς διαφορὰς, τὸ μὲν ἐφεξῆς ἐν τῷ μέσῳ: τὸ δὲ ἀτελὲς παρεκκλίνοντας πρὸς τὸ κάτω, τὸ δὲ μέσον πρὸς τὸ ἄνω.

Exemplum.

Cic. Epiſt. fam. lib. 1 epiſt. 1.

Et abſui proficiſcens in Græciam: & poſtea quam de meo curſu reipub ſum uoce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui: cuius tanta eſt, non inſolentia (Nam id quidem uulgare uitium eſt) ſed immanitas, nõ modo ut uocem, ſed ne uultum quidem liberũ poßit ferre cuiuſdã.

Veteres ſic diſtinguebant.

Cic. Pro L. Murena.

Quæ deprecatus à dijs immortalibus ſum Iudices more.inſtitutoq; maiorũ illo die.quo auſpicato comitijs centuriatis L. Murenam conſulem renũciaui· ut ea res mihi magiſtratuiq; meo. populo.plebiq; Romanæ benè. atq; feliciter eueniret· eadem precor ab ijſdem dijs immortalibus ob eiuſdem hominis conſulatum unà cum ſalute obtinendum· & ut ueſtræ mentes.atq; ſententiæ cum populi Rom uoluntate.ſuffragijsq; conſentiant· eaq; res uobis.populoq; Romano pacem. tranquillitatem.ocium.concordiamq; afferat. Hæc tamen ratio nunc à librarijs negligitur.

Atq; hæc diſtinguendi uia plurimum prodeſt: cum ad orationis perſpicuitatem σαφήνειαν: *tũ ad uerborũ collocatorum pronuntiationẽ* ἀπαγγελίαν τῶν συντεταγμένων: *quæ non ſolũ in geſtu, & accẽtu: uerum etiã in hac diſtinctione poſita eſt. Sic.n. ait Theodorus:* Ἀπαγγέλλειν δὲ τὰ συντεταγμένα, μὴ μόνον καθ᾽ ὑπόκρισίν τε, καὶ προσῳδίαν: ἀλλὰ καὶ κατὰ διαστολήν. οὕτω γὰρ ἂν ἡ τοῦ λόγου διάνοια εἴη συμφανεστέρα. *Quamobrem qui ſcribunt punctis orationem & partes eius hoc pacto diſiungant. Et qui legunt ijſdem modis:nempè* ἢ τελείως, ἢ ἀτελῶς ἢ μέσως, *hoc eſt, diſtincte omnia proferant. Nam poſt notas inciſorum· aliquantum uox intermitti, & quam minimo interuallo pronunciatio fieri debet.* Ειθα.

γὰρ

γὰρ ἀτελῶς πάμπαν ἔχει, ὑπανιέντας τι τῆς φωνῆς, καὶ ἐπ' ἐλάχιστον διαστηματίζοντάς γε ἀπαγγελτέον. *Poſt membra uero, & integra inciſa pauló diutius eſt interſpirandũ. Ideoq; hic modus dicitur* μέσος. *De quo illud præcipitur:* μέσος δ' ἔτοι, τὰ κῶλόν τε, καὶ τοῦ ἐντελοῦς ἀπαρτιστικὰ κόμματα ἀποδοτέον. *Sed poſt ſententiam abſolutam, per aliquod tempus oportet quieſcere.* Ἔνθα γὰρ τὰ περὶ τὴν ἔννοιαν συναποτελούμενα λήγει, τοῖς κώλοις διαστέλλειν ἐπὶ τέλει ἐννοίας τὸν λόγον, καὶ πλείονα χρόνον ἀποσημαντέον εἰς ἀπόδοσιν τοῦ τελείου. *Atq; hæc hactenus de ſingulorum coniunctorumq; uerborum, apud Grammaticos, configurationibus: quarum perceptio, & in præſtantiſsimis ſcriptoribus obſeruatio, permagnas utilitates & ad intelligendum & ad iudicandum de ſermonis Latini & Græci natura atq; genere ſtudioſis earum eſt allatura.*

LIBRI PRIMI
Finis.

DE MODIS

VALENTINI ERYTHRAEI ΣΥΛΛΟΓΗΝ τῶν περὶ τῶν τρόπων, *hoc eſt, de Modis, qui ſunt partim in uerbo, partim in oratione, liber Secundus.*

RHETORES ORnamenta, & quaſi lumina, quibus omnis diſtinguenda & frequentanda eſt oratio, cum cõiunctionis numerorumq; (de quibus Grammatici quoq; in conſecutione, atq; cõtinuatione præcipiunt) rationem tenuerimus, in duas aiunt diuiſa eſſe partes: figuras ſententiarum σχήματα διανοίας: & uerborum: quorum exornationes aliæ pertinent ad uocabulorum traſlationem ἐργασίαν: & nominantur σχήματα λέξεως aliæ autem ad eorum uim & poteſtatem, δύναμιν καὶ σημασίαν, uocanturq; à Græcis τρόποι, Latini & Cicero Modos appellant. Quibus ab uſitata uerborum poteſtate, & ſermonis conſuetudine receditur: atq; in aliam rationem cum quadam uenuſtate confertur oratio. Eamq; ob cauſam

talia

talia ὀνόματα ἢ ῥήματα τετραμμένα ἢ τροπικὴ λέξις .i. quodammodo tranſlata, & alieno in loco quaſi collocata ſolent nuncupari.

Verum in hoc loco nobis non eſt propoſitum, aut rerum ornamenta: aut etiam ea, quæ in uerborum tractatione uerſantur, & conſiſtunt, explicare (Nã id alterius artis eſt, & temporis) ſed quoniam Modificationum, quas τρόπους dixi uocari, cognitio, pueris pernecesſaria eſt: & cõiunctam cum illarum figurarum, de quibus hactenus diſſeruimus, traditione doctrinam habet: idcirco eas explanando, diuidendo, & demonſtrando uſu, ſed paucis perſequemur. Ab his enim quaſi ingreſſus, & aditus ex ſcientia literarum, ad rationem dicendi, patefit ſtudioſis eloquentiæ. Vt Grammaticus in his ſuam artem abſoluere, Rhetor autem ab iiſdem ſuam incohare, eiuſq; tanquam initia ac fundamenta ponere iacereq; uideatur. Eſt igitur τρόπος ſiue modus, uerborũ aut orationis à propria, præcipua, & naturali ui ac poteſtate in aliam uel ſignificationis uel ornatus decoriſq; gratia, cum uirtute, facta mutatio. Vel eſt uerborum pro uerbis alijs collocatio: Et uerba modificata ſunt ex proprijs ad non propria, alienáue ſignificanda tranſlata.

DIVISIO ET DISTINCTIO MODORUM.

Omnis modus uel fabricationē habēt in

- *Verbo* λέξει, *nō quod per ſe uerbum poſitum ſignificationē commutet: ſed quod in oratione unius uocabuli tantum poteſtas inflectatur: tales ſunt* 8:
  - Μεταφορά.
  - Μετωνυμία.
  - Μετάληψις.
  - Συνεκδοχή.
  - Ἀντονομασία.
  - Ὑποκορισμὸς.
  - Ονοματοποιία.
  - Κατάχρησις.
- *Oratione, continuationeq́; uerborū* συνθέσει, φράσει, ἢ λόγῳ. *Huc pertinent*
  - Ἀλληγορία: *cuius formæ ſunt*
    - Αἴνιγμα.
    - παροιμία.
    - εἰρωνία.
  - περίφρασις
  - Ὑπερβολή.

Siue

SIVE TROPIS: SIMPLICIVM VERBOrum Modi, Τρόποι τῶν λέξεων, ac primum

DE TRANSLATIONE.

PRIMVS ſingulorum uerborum modus eſt in translatis, frequentiſſimus, longeq́; pulcherrimus. Nullus enim eſt florentior, nec qui plus luminis afferat oratiõni : propterea quòd eam quaſi ſtellis quibusdam notat & illuminat. Græci τροπὴν propter excellentiam, & μεταφορὰν: Latini translationem uocant. Transfert enim nomen aut uerbum ex eo loco in quo proprium eſt, in cū in quo aut propriū deeſt: aut translatum proprio melius eſt: idq; uel quia neceſſe eſt: uel quia modificatum eſt ſignificantius, ornatius atq; decentius. Eſt itaq; μεταφορὰ ut autor Herennianus definiendo explicat, uerbi in quandam rem translatio ex alia re, quod propter ſimilitudinem rectè uidetur poſſe transferri. Cū ſcilicet id quod declarari uix uerbo proprio poteſt, translato cum eſt dictũ illuſtrat id, quod intelligi uolumus eius rei, quam alieno uerbo poſuimus, ſimilitudo. Ergo hæ translationes uel quaſi mutuationes ſunt, cum quod nō habeas aliunde ſumas: uel propriorum quæ extant in alienum lo-

cum

Omnis modus uel fabricationẽ habẽt in

- *Verbo* λέξει, *nõ quod per ſe uerbum poſitum ſignificationẽ commutet: ſed quod in oratione unius uocabuli tantum poteſtas inflectatur: tales ſunt* 8:
  - Μεταφορά.
  - Μετωνυμία.
  - Μετάληψις.
  - Συνεκδοχή.
  - Ἀντονομασία.
  - Ὑποκορισμός.
  - Ὀνοματοποιία.
  - Κατάχρησις.
- *Oratione, continuationeq́ uerborũ* συνθέσει, φράσει, ἢ λόγῳ. *Huc pertinent*
  - Ἀλληγορία: *cuius formæ ſunt*
    - Αἴνιγμα.
    - παροιμία.
    - εἰρωνία.
  - περίφρασις
  - Ὑπερβολή.

Sim

SIMPLICIVM VERBO-
rum Modi, Τρόποι τῶν λέξεων,
ac primum

DE TRANSLATIONE.

PRIMVS ſingulorum uerborum modus eſt in translatis, frequentiſſimus, longeq́ pulcherrimus. Nullus enim eſt florentior, nec qui plus luminis afferat orationi: propterea quòd eam quaſi ſtellis quibusdam notat & illumi nat. Græci τροπὴν propter excellentiam, & μεταφορὰν: Latini translationem uocant. Transfert enim nomen aut uerbum ex eo loco in quo propri um eſt, in eũ in quo aut propriũ deeſt: aut trans latum proprio melius eſt: idq́ uel quia neceſſe eſt: uel quia modificatum eſt ſignificantius, ornati us atq́ decentius. Eſt itaq́ μεταφορὰ ut autor Herennianus definiendo explicat, uerbi in quan dam rem translatio ex alia re, quod propter ſi militudinem rectè uidetur poſſe transferri. Cũ ſcilicet id quod declarari uix uerbo proprio po teſt, translato cum eſt dictũ illuſtrat id, quod in telligi uolumus eius rei, quam alieno uerbo poſui mus, ſimilitudo. Ergo hæ translationes uel qua ſi mutuationes ſunt, cum quod nõ habeas aliunde ſumas: uel propriorum quæ extant in alienum lo cum

- *Omnis modus uel fabricationẽ habẽt in*
  - *Verbo* λέξει, *nõ quod per ſe uerbum poſitum ſignificationẽ commutet: ſed quod in oratione unius uocabuli tantum poteſtas inflectatur: tales ſunt* 8:
    - Μεταφορά.
    - Μετωνυμία.
    - Μετάληψις.
    - Συνεκδοχή.
    - Ἀντονομασία.
    - Ὑποκορισμὸς.
    - Ὀνοματοποιΐα.
    - Κατάχρησις.
  - *Oratione, continuationeq́ue uerborũ* σωνθέσει, φράσει, ἢ λόγῳ. *Huc pertinent*
    - Ἀλληγορία: *cuius formæ ſunt*
      - Αἴνιγμα.
      - παροιμία.
      - εἰρωνία.
    - περίφρασις
    - Ὑπερβολή.

Sim

SIVE TROPIS.

SIMPLICIVM VERBOrum Modi, Τρόποι τῶν λέξεων, ac primum

DE TRANSLATIONE.

PRIMVS ſingulorum uerborum modus eſt in translatis, frequentiſſimus, longeq́ pulcherrimus. Nullus enim eſt florentior, nec qui plus luminis afferat orationi: propterea quòd eam quaſi ſtellis quibusdam notat & illumi nat. Græci πονλὼ propter excellentiam, & μεταφοράν: Latini translationem uocant. Transfert enim nomen aut uerbum ex eo loco in quo propri um eſt, in eũ in quo aut propriũ deeſt: aut translatum proprio melius eſt: idq; uel quia neceſſe eſt: uel quia modificatum eſt ſignificantius, ornati us atq; decentius. Eſt itaq; μεταφορὰ ut autor Herennianus definiendo explicat, uerbi in quandam rem translatio ex alia re, quod propter ſimilitudinem rectè uidetur poſſe transferri. Cũ ſcilicet id quod declarari uix uerbo proprio poteſt, translato cum eſt dictũ illuſtrat id, quod intelligi uolumus eius rei, quam alieno uerbo poſuimus, ſimilitudo. Ergo hæ translationes uel quaſi mutuationes ſunt, cum quod nõ habeas aliunde ſumas: uel propriorum quæ extant in alienum lo-

cum

cum migrationes. Hinc tranſlata uerba dicuntur, quæ per ſimilitudinem ab alia re aut ſuauitatis, aut inopiæ cauſa transferuntur.

Quinq; autē ſunt in uerborum tranſlatione ſpectanda:

- *Genera*, τὰ εἴδη.
- *Cauſæ*, αἴτια.
- *Finis ac uſus*, χρῆσις.
- *Virtutes*, ἀρεταί.
- *Vitia*, ἁμαρτήματα, καὶ τὰ ψυχρά.

PRIMA DIVISIO
tranſlationum, earumq; genera, & inueniendi ratio.

Omnes res unde tranſlationes ducūtur, aut ſunt, quæ τὰ ὄντα καὶ αἰσθητά *nominantur: propterea quòd aliquo ſenſu queant percipi: aut intelliguntur tantum: quæ appellantur* νοητά *Quæ uero ſenſu comprehenduntur, aut animi expertes ſunt,* τὰ ἄψυχά ἐστι: *aut habent animū dicūturq;* ἔμψυχα: *quæ uel ratione ſunt preditæ:* λογικὰ ἢ ἄλογα, *quæ agunt aut uoluntate, aut natura: uel eadem ſunt deſtitutæ, quæ uocantur* ἄλογα. *Hinc metaphoræ primam habent diuiſionem quam in ſequentē deſcriptione propoſui.*

Omnis

Omnis tranſlatio uel eſt

- Propinqua ἡ ἐγγύων, quæ à ſimili propiore ſumitur: fitq́ꝫ deflexione.
  - Ἀλόγου ἐπὶ τὸ λογικὸν, καὶ τὸ ἀνάπαλιν. i. à bruto animante, ad animal ratione præditum & contrà.
- Remota ἡ πόῤῥωθεν: cum ex uno genere in aliud fit tranſitus: ἀπὸ τ
  - Ἐμψύχου ἐπὶ τὸ ἔμψυχον, ἢ ζώου ἐπὶ τὸ ζῶον. ab animali, ad animal.
  - Ἀψύχου ἐπὶ τὸ ἐμψυχὸν καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ab animali ad inanimum, & contrà.
  - Ἀψύχου ἐπὶ τὸ ἄψυχον, ab inanimo ad inanimum.

I Metaphora propinqua.

Quoties è propinquo & ualde ſimili ad rem proximam in eodem genere deflectitur.

Cic. pro Archia.

Si quid eſt in me ingenij Iudices, quod ſentio

quam

quam ſit exiguum. pro intelligo, à δυνάμεως αἰσθητικῆς ad διανοητικὴν eſt translatum. Fit etiam deflexio cum id quod corporis eſt ad animũ trãsfertur ut horret animus: quod eſt corporis. Sic dicimus concoquere pro ferre. Vel ab una corporis actione ad aliam fit tranſitus. Verg.

Arma uirumq́; cano. i. deſcribo.

II. *Translationes remotæ.*

1. *Ab animali bruto, ad animal ratione præditum, aut contra. Vt. Cato Scipionem allatrare ſolebat, pro cõuiciari. Contra, ab homine ad animal brutum: habet ſpeciem προσωποποιΐας, qua affingimus actionem, uel affectionem ἐνέργειαν ἢ διάθεσιν hominis, alicui beſtiæ. ut apud Vergiliũ plurimæ extant tales de apibus.*

2. *Ab animali ad animal, ut apes paſcere dicuntur, cum tamen id pecorum ſit.*

3. *Ab animali ad inanimum traductio.*

Verg.

—Si tantum pectore robur
Concipis. Hic enim robur à ligno ad hominem transtulit. Idem.

At procul exceelſo miratus uertice montis.

Vertice pro cacumine. Id quod animantium eſt ad inanimum traduxit. Eſt enim uertex ſuprema capitis animalium pars.

Sic cum rebus ſenſu deſtitutis agendi quandã

uim

uim & animos tribuimus κατὰ προσωποποιΐαν.

Verg.

Et nunc omnis ager, nūc omnis parturit arbos.

Et:

Omnia nunc rident: nunc eſt lætiſsimus annus.

Cic. pro Lig.

Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorū tuorū? &c.

Contrà à non animali ad animal. Verg.

Ambo florentes ætatibus —

4. Ab inanimo ad inanimum.

Verg.

— Claſsiq́ immittit habenas. i. ancoras

Cic. ex Homero.

Ex ore ipſius melle dulcior fluebat oratio. Sic Cato collem uerrucam uocauit. Ita dicimus odium ſuppullulaſcere, quod eſt fruticum, & barbam ſylueſcere, quod eſt arborū. Hæc eſt prima diuiſio à rebus unde ducuntur ſumpta: ita autē fieri debent ut ſimilitudinem quæ ſpectatur in proprijs à quibus transferuntur, contineant: ἐκ τῶν συγγενῶν καὶ ὁμοειδῶν μεταφέρειν, ut ex Ariſtotele IOAN. Sturmius annotauit, τὰ ἀνώνυμα ὠνομασμένως.

SECVNDA Diuiſio.

Hæc fit ἀναλογίᾳ. i. proportione uel comparatio-

tione quæ in rebus ſæpenumero eſt facienda. Nã conſideratione τῆς ἀναλογίας, *translationes omnes uel ſunt* ἀκόλουθοι ἢ ἀντίστροφοι. *i. communes, recipro cæ, ſiue conſequentes: quæ adiuuantur utrinq;. Etſi enim corporis eſt uidere, mentis uero animaduertere: tamen animaduerſio illa ſæpe ad ſenſum transfertur, & nõ raro ipſe animus aliquid uidere aut cernere dicitur. Vt, ſenſu animaduertere, & cernere animo. Itẽ, ut pro gubernatore aurigam: ita pro auriga gubernatorẽ ponimus. Vel ſunt* ἀνακόλουθοι, *quæ ſunt unius tantum partis, neq; in alteram retrorſum commeant. Vt uerticem ab homine rectè ad montem traducis: at non contrà, cacumen ad hominem tranſtuleris. Item, corporis eſt horrere, animi timere: & quanquam animi ſæpe dicitur eſſe horror: tamen non ita uiciſſim timor corpori poteſt aut ſolet attribui.*

TERTIA *Diuiſio.*

Translatio etiam ita tractatur: ut aut ſita ſit in
- *Simplici aut*
  - *Nomine. ut, pecus, pro homine uẽtri dedito ſæpe ponitur.*
  - *Verbo. Apud Horat. Labuntur anni. &c.*
- Ἐπιθέτῳ, *Vt, ſaxeus homo, ætas florida.*

QVARTA DIVISIO.

Prætereain proportionibus uel omnibus nomen proprium extat: & dicuntur μεταφοραὶ ἀνονόμασμέναι: ut Bacchi phiala, & Martis ſcutum. Vt enim dicimus, inquit Ariſt. clipeum Bacchi: ſic contrà Martis poculum uocamus Martis haſtam. Vel aliquæ nomen non habent: inquibus translatum proprij loco poni debet: aut aliquid notari mente, cui uerbum eſt inueniendum ὀνοματοποιῒς. Hæ appellantur ἀνώνυμοι. Vt, Stirpes florere dicuntur: at literæ cum quo compares proprium non habere uidentur. Florent igitur arbores: coluntur literæ. Tumq; florere etiam literæ dicuntur: cum quaſi coli & celebrari feruntur.

CAVSAE Translationum.

Illum transferendi modum initio neceßitas ἡ ἀνάγκη, genuit, inopia coacta, & anguſtijs. Nam ſi res ſuum nomen & proprium uocabulũ non habet: ut pes in naui &c. neceßitas cogit, quod non habeas, aliunde ſumere. Hac ruſtici dicunt gemmam in uitibus: ſitire ſegetes, & fructus laborare. Quid enim diceret̃ aliud? Poſt aũt delectatio iucunditasq; ἡ ἡδονὴ ſiue ornatus κόσμος eum celebrauit. Omnes enim translatis, & alienis magis delectantur uerbis quàm proprijs ac ſuis. Et in ſuorum maxima copia: tamen homines aliena multo magis, ſi ſunt ratione translata delectant.

tione quæ in rebus ſæpenumero eſt facienda. Nã conſideratione τῆς ἀναλογίας, translationes omnes uel ſunt ἀκόλουθοι ἢ ἀντίστροφοι. i. communes, reciprocæ, ſiue conſequentes: quæ adiuuantur utrinq;. Et ſi enim corporis eſt uidere, mentis uero animaduertere: tamen animaduerſio illa ſæpe ad ſenſum transfertur, & nõ raro ipſe animus aliquid uidere aut cernere dicitur. Vt, ſenſu animaduertere, & cernere animo. Itẽ, ut pro gubernatore aurigam: ita pro auriga gubernatorẽ ponimus. Vel ſunt ἀνακόλουθοι, quæ ſunt unius tantum partis, neq; in alteram retrorſum commeant. Vt uerticem ab homine rectè ad montem traducis: at non contrà, cacumen ad hominem tranſtuleris. Item, corporis eſt horrere, animi timere: & quanquam animi ſæpe dicitur eſſe horror: tamen non ita uiciſſim timor corpori poteſt aut ſolet adtribui.

TERTIA *Diuiſio.*

Translatio etiam ita tractatur: ut aut ſita ſit in
- *Simplici aut*
  - *Nomine. ut, pecus; pro homine uẽtri dedito ſæpe ponitur.*
  - *Verbo. Apud Horat. Labuntur anni. &c.*
- *Ἐπιθέτῳ, Vt, ſaxeus homo, ætas florida.*

QVAR.

QVARTA DIVISIO.

Praeterea in proportionibus uel omnibus nomen proprium extat: & dicuntur μεταφοραὶ ἀνομασμέναι: ut Bacchi phiala, & Martis ſcutum. Vt enim dicimus, inquit Ariſt. clipeum Bacchi: ſic contrà Martis poculum uocamus Martis haſtam. Vel aliquae nomen non habent: inquibus translatum proprij loco poni debet: aut aliquid notari mente, cui uerbum eſt inueniendum ὀνομαποιῆσαι. Hae appellantur ἀνώνυμοι. Vt, Stirpes florere dicuntur: at literae cum quo compares proprium non habere uidentur. Florent igitur arbores: coluntur literae. Tumq; florere etiam literae dicuntur: cum quaſi coli & celebrari feruntur.

CAVSAE *Translationum.*

Illum transferendi modum initio neceſſitas ἡ ἀνάγκη, genuit, inopia coacta, & anguſtijs, Nam ſi res ſuum nomen & proprium uocabulū non habet: ut pes in naui &c. neceſſitas cogit, quod non habeas, aliunde ſumere. Hac ruſtici dicunt gemmam in uitibus: ſitire ſegetes, & fructus laborare. Quid enim diceret aliud? Poſt aūt delectatio iucunditasq; ἡ ἡδονὴ ſiue ornatus κόσμος eum celebrauit. Omnes enim translatis, & alienis magis delectantur uerbis quàm proprijs ac ſuis. Et in ſuorum maxima copia: tamen homines aliena multo magis, ſi ſunt ratione translata delectant.

Sic dicimus, lumen orationis, generis claritas, concionum procellæ, ingenij flumen. Cic. Clodium fontem, ſegetem & materiam gloriæ ſuæ uocat. Itaq; ut ueſtis frigoris depellendi cauſa reperta primo: poſt adhiberi cœpta eſt adornatum etiam corporis & dignitatem: ſic uerbi translatio inſtituta eſt inopiæ cauſa, frequẽtata delectationis. Quintilianus duas his adiungit: σημασίαν ἢ ἐνέργειαν ſignificationem: ſi enim in alienum locũ uenit uerbum plus ualere debet eo quem expellit. Nam permouendis animis plerunq; & rebus ſignandis ac ſub oculos ſubijciendis reperta eſt translatio. Ac ἦθος ἢ τὴν αἰδῶ: Quædam enim parum ſpecioſa per hanc explicantur.

Verg. Georg. 3. de equabus.

Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior uſus
Sit genitali aruo, & ſulcos oblinet inertes,
Sed rapiat ſitiens Venerẽ, interiusq; recondat.
Omnia hic uerecundè dicta ſunt.

FINES & uſus μεταφορῶν.

1. Vtimur primum translatione rei ob oculos ponendæ cauſa τῆς ἐναργείας ἕνεκα: diciturq; talis ἐνδιάθετος, rem enim facit clariorẽ Hic tumultus expergefecit Italiam terrore ſubito. Et — horreſcit mare.
Tenebræ conduplicantur, noctisq; & nimbum occecat nigror.

Famma

Flammа inter nubes coruſcat, cœlum tonitru cōtremit.
Grando miſta imbri largifluo ſubita præcipitans cadit:
Vndiq; omnes uenti erumpunt, ſæui exiſtunt turbines.
Feruet æſtu pelagus – *Omnia fere quo eſſent clariora, translatis per ſimilitudinem uerbis dicta ſunt.*

2. *Quo ſignificetur magis res tota, ſiue facti alicuius, ſiue conſilij: quæ* ἐνεργητικαὶ ἢ ἐμφατικαὶ *nuncupātur. Vt ille, qui occultantem conſultò, ne id, quod ageretur intelligi poſſet, duobus trāslatis uerbis ſimiltudine ipſa indicat. Quandoquidem iſte circumueſtit dictis, ſæpit ſedulo.*

3. *Breuitatis* τῆς βραχύτητος καὶ συντομίας ἕνεκα. *Sunt autem* βραχέα καὶ σύντομοι *quibus illa breuitas conficitur hæ: Recens aduentus exercitus ſubito ciuitatem extinxit. Et illud: ſi telum manu fugit. Imprudentia teli emiſſi breuius proprijs uerbis exponi non potuit, quam eſt uno ſignificata translato.*

4. *Obſcœnitatis uitandæ gratia* τῆς αἰσχρολογίας φυγῆς ἢ κρύψεως ἕνεκα *uocantur illæ* ἠθικαί *Vt, cuius mater quotidianis nuptijs delectatur.*

5. *Augendi* αὐξήσεως. *Sunt autem* αὐξητικαὶ ἢ αἰτιαὶ ὑπερβολῶν, *i. quæ pertinent ad amplificatio-*

nem & exaggerationem illæ: Nullus mœror, & calamitas iſtius explere inimicitias, & nefariam ſaturare crudelitatem potuit.

6. *Cōtrà Minuendi* μειώσεως: *nominanturq́;* ἐλαττωτικαί. *Magno ſe prædicat auxilio fuiſſe, quia paululum in rebus difficilimis aſpirauit.*

7. *Ornandi* τοῦ κόσμου, καὶ τῆς λαμπρότητος, ἢ σεμνότητος ἕνεκα: *quæ orationi ſplendoris aliquid acceſſunt. Aliquando reipublicæ rationes quæ malitia nocentum exaruerant: uirtute optimatum reuireſcunt.*

8. Διὰ τὸν ὄγκον. *Nam copiã ſermonis augẽt,* τὴν τοῦ λόγου περιουσίαν, *permutando, aut mutuando, quæ non habet, quodq́; difficillimum eſt, præſtant, ne rei ulli nomen deeſſe uideatur.*

9. Τῆς ἀστειολογίας καὶ εὐτραπελίας. *Nam & ridicula* τὰ γελοῖα *ex unius uerbi translatione ducuntur. Vt, cum Scipio ille Maior Corinthijs ſtatuam pollicentibus eo loco ubi aliorum eſſent imperatorum, turmales dixit diſplicere. De quo Cic. 2. de Orat. Ex quibus omnibus perſpicuũ eſt uſum translationũ aut neceſſarium eſſe, nempe tum, cum proprijs uerbis deſtituimur: aut acceſitum atq́; aſſumptum: idq́; uel euidentiæ illuſtrationisq́;, uel ſignificationis, uel pudoris ac uerecundiæ, uel amplificationis, uel extenuationis, uel ornatus atq́; ſublimitatis, uel amplitudinis,*

nis, uel deniq; feſtiuitatis, aut etiam grauitatis gratia.

Quamobrem non ſolum oratoribus: ſed etiam ruſticis translatione uti licet. Nam ut hi inopia in loquendo coacti: ſic illi ornandi delectandiq; cauſa eas in dicendo poſſunt adhibere. Itaq; Cicero in libris oratorijs primum cum in reliquis generibus dicendi: tum in ſubtili ac humili, inquit: Tenuis orator etſi in priſcis reliquisq; ornamentis & uerborum & ſententiarum demißior ſit: tamen translatione debet eſſe crebrior: qua frequentißimè ſermo omnis utitur: non modo urbanorum, ſed etiam ruſticorum. Siquidem eſt eorũ gemmare uites: laſciuire agros: lætas eſſe ſegetes: luxurioſa frumenta. Nihil horũ parũ audacter: ſed aut ſimile ſit illi unde transferas: aut ſi res ſuũ nullũ habet nomen: docendi cauſa ſumptũ non ludendi uideatur. Hoc enim ornamento liberius paulo quam cæteris utetur hic ſummiſſus: nec tam licenter tamen, quàm ſi genere uteretur amplißimo. Deinde, Ex omni genere frequentiſſimæ translationes, ait, erunt. quod eæ propter ſimilitudinẽ transferunt ac mouẽt huc & illuc. Qui motus cogitationis celeriter agitatus per ſe ipſe delectat, & reliqua ex collatione uerborũ quæ ſumuntur quaſi lumina, magnum afferunt ornamentum orationi.

VIRTVS AC VENVSTAS

ἀρετὴ καὶ κάλλος τῶν μεταφορῶν.

Translationum autem bonitas & pulchritudo ex his quæ dicta ſunt facile poteſt intelligi.

Cōſiſtit uero in

- *Verbis*
  - *1. Perſpicuis & certis: quæ rem ſine ambiguitate ſignificant.*
  - *2. Suauibus nam quammolliſſimæ debent eſſe: quæ æſtimantur* φωνῇ *ſono. Sūt .n. aliæ*
    - εὔφωνοι, *nitidæ, in quib. non eſt concurſus literarum. .i.*
      - *Vocaliū, hiulcus.*
      - *Conſonantium, aſper.*
    - μεγαλόφωνοι *ſonoræ, quæ implent ipſas aures.*
- *Rebus, quibus ſunt aliæ*
  - *Appoſitæ & aptæ.*
  - *Graues ac ſignificantes.*
  - *Ornatæ atq; illuſtres.*

Simi-

Similitudine primum pulcherrimæ illæ metaphoræ ſunt, quarum σὐνθεσις habet in rebus differentibus ἀναλογίαν, cuius ὅμοιον ἀντιστρέφει. i. recurrit in utranque partē. Eſt aūt ἀναλογία rerū inter ſe differentium comparatio & quaſi quædam Geometria proportio. Etſi enim reſpub. & pratū plurimū inter ſe diſtant: item flos & adoleſcens: tamen in hoc conueniunt: quod ut flos pratum: ſic adoleſcens rempublicam exornat. Itaque duæ illæ res diſpares in hoc ornamento conferuntur, & quandam inter ſe cognationem habent. Deinde eæ quoque optimæ ſunt quæ dicuntur οἰκεῖαι aptæ rei præſenti: ut ſunt quæ à rebus proprijs & notis ſumuntur.

Vt autem μεγαλόφωνοι auribus, ſic quæ ſignificatione δυνάμει καὶ σημαινομένῳ æſtimantur, animo ſatisfaciunt: ſuntque graues eiuſmodi translationes: ut, ſi malè de repub. meritum parricidam appelles.

Ornatæ κεκοσμημέναι metaphoræ ſunt, primum eæ quæ orationem reddunt amplam et copioſam: & uocantur ὀγκώδεις καὶ περιφραστικαί: ſi κατ' ἀκόνα tractentur: tum enim quædam ſunt circuitiones. Vt eſt illa apud Cic. Ex hac uita tanquam ex theatro diſcedere, pro mori, Sed de his doctiſſimè & copioſiſs. Ioan. Sturmius in ijs commentarijs, quos in tres Ariſtotelis ad Theodecten

libros confecit, & breui ut ſperamus & auidè expectamus, in gratiã ſtudioſorũ eloquentiæ emittet, diſſeruit. Deindè ornatum etiam illæ habẽt, & ſunt illuſtres quæ dicuntur ἐνεργοῦντα. Tales ſunt primum eæ quarum ſimilitudo percepta eſt ſenſu aliquo, & in primis oculorum ὄψεσιν ἢ ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει. Nam earũ rerum quæ ſunt & uidentur, quam quæ intelliguntur illuſtriores ſimilitudines ſunt. Vt eſt apud Ciceronem. Omnis enim inquit translatio, quæ qnidem ſumpta eſt ratione, ad ſenſus ipſos admouetur maxime oculorũ qui eſt ſenſus acerrimus. Nam illa oculorum translata multo acriora dicit eſſe, quæ ponũt penè in conſpectu animi, quæ cernere & uidere non poſſumus. Vt ſunt hæ: odor urbanitatis: Mollitudo humanitatis: Murmur maris: Dulcedo orationis. Sic Cicero, artes ebibere dixit, pro perdiſcere. Oculis item ſatisfaciunt, quæ ſunt pulchrarum rerũ. Vt à roſa ducta aliqua translatio elegantior eſt, quã quæ à colore purpureo. Summa igitur laus uerbi translati eſt ut ſenſum feriat id quod eſt translatum. Deinde quoq; inſignes ſunt metaphoræ, afferuntq́; lumen orationi, & habent ἐνέργειαν καὶ ἔμφασιν. i. euidentiam, quæ uiuas rei imagines in rebus inanimatis, quibus animum & ſenſum dant, ueluti oſtendunt: quas Ariſtoteles ἀπεικαζούσας ἐμψύχου πράγματος εἰκόνα:

ἐν τῷ

ἐν τῷ ἀψύχῳ nominat. Harum autem exempla nonnulla paulò ante indicauimus.

VITIA TRANSlationum.

- Translationes uitioſæ, orationem efficiunt frigidam λόγον ψυχρὸν, quæ nec docet nec delectat, nec mouet auditorū animos. Fiūt autem ψυχραὶ uel
  - Verbis, ac ipſorū uel
    - Structura concurſuq́; literarū aſpero, aut biante, κακόφωνοι.
    - Sono, μικρόφωνοι, ut ſunt aſperæ, & inquinatæ.
  - Rebus, in quibus eſt aut
    - Diſsimilitudo, ἀνόμοιοι.
    - Similitudo quidē, ſed aut uitioſa
      - Rebus nimium longinquis & remotis.
      - Quantitate: ſæpe. n. accidit, ut nimio, quā res patitur ſit
        - Maior.
        - Minor.
      - Qualitate: ſi
        - Ανακόλουθος.
        - Vulgaris, ἐπιπόλαιος.
        - Malè aſcita, μὴ οἰκεῖα.
        - Sordida & deformis.
  - Tractatione: crebræ πυκναί.

Primum igitur fugienda in uerbis tranſlatis eſt diſsimilitudo ἀνομοίωσις.

Ennius.

—Cœli ingentes fornices.

Quamuis enim ſphæram in ſcenã (ut dicitur) attulerit: tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo ineſſe non poteſt.

Deinde uidendum ne nimis longè ſimile ſit ductum ac petitum, hoc eſt, ab ignotis & peregrinis, præterea à nouis & inauditis rebus. Facilius enim ad ea quæ nota & uiſa, quam ad ea, quæ ignota & audita, uel etiam inaudita & ideo non intellecta ſunt, mentis feruntur oculi. Eiuſmodi tranſlationes αἱ πόῤῥωθεν ποιημέναι καὶ ἀσαφεῖς. i. longius petitæ & nimis obſcuræ dicuntur. Debent enim ueræ tranſlationes à rebus ſumi quæ συγγενῆ καὶ ὁμοειδῆ nominantur. Ut, Syrtim patrimonij, ſcopulum potius dixeris. Et apud Quintil. Iuppiter hybernas cana niue conſpuit alpes.

Hæ tamen quando uel à ſapientibus intelliguntur: uel uſurpantur in licitis nonnunquam iocis, aut cum in imitatione μιμήσει, aut amplificatione atq; exaggeratione, aut altercatione pudicè & parcè applicantur, locum ſæpè habent, & afferunt orationi elegantiam & ſuauitatem.

Deinde ſimile non ſit maius quam res poſtulet. Sic enim fiet tranſlatio τραγικὴ, i. nimis tumi

da,

da, & inflata, quæ rei humiltati non reſpondet. Tempeſtas comeſationis.

Deinde etiam non ſit minus. Comeſatio tempeſtatis. Significatione humilis eſt translatio. Vt & hæc eſt: Saxea eſt uerruca. Quæ uox eſt ἄσημος: non enim ſignificationem habet rei magnæ quam debebat exprimere.

Deinde non debet eſſe uerbum anguſtius id quod translatum eſt, quàm illud proprium ac ſuum. Quid nam eſt obſecro? quid te adiri abnutas? Melius eſſet, uetas, prohibes, abſterres. quoniam ille dixerat — Illico iſthic

Ne contagio mea bonis, umbraué obſit.

Deinde cauendum quantum fieri poteſt, ne ſit μεταφορὰ ἀνακόλουθος. Vt Cic. 3. de finib. dicit combibere artes pro cognoſcere. Hic nulla eſt ἀναλογία ἀντιστραμμένη: Sic enim dicendum eſſet cognoſcere uinum, pro bibere, quod eſt abſurdum. Hoc tamen uitiū non poſſumus ſemper effugere.

Deinde in reprehenſionem incidunt translationes uulgares. μεταφοραὶ ἐπιπόλαιοι, quæ nimis claræ ſunt & manifeſtæ, quas omnes intelligunt & frequenter adhibent. A notis quidem rebus ſumi debent: ſed tamen ijs, quæ non in omnium ore uerſantur.

Deinde uidere oportet ne male ſint aſcitæ & ad rem præſentem non rectè accommodatæ, μὴ οἰκεῖαι.

Deinde

Deinde ne ſint ſordidæ deformes ac ineptæ αἰσχραὶ καὶ ἀπρεπεῖς, quæ turpitudinis habent ſignificationem. Malos enim oratoris mores indicant, & ſunt ridiculæ. Itaq; διὰ τὴν αἰσχρολογίαν, καὶ τὸ γελοῖον uiro bono erũt uitandæ, ut morte Africani caſtratam eſſe rempub. Glauciam dici ſtercus curiæ. Sordida eſt & hæc apud Quint. Perſecuiſti reipub. uomicas. Eſt enim in omnibus deformis cogitatio ſimilitudinis. Vtitur tamen his quoq; ἐν τῇ διαβολῇ ſed modicè Cicero: qui alicubi, conſtupratum iudicium dicit. Et Clodiũ prægustatorem libidinum inuidioſè nominat. Sed tamen fugienda eſt oratori ἠθικῷ ſedulò omnis turpitudo, præſertim cum cauſa non poſtulat, earum rerum, ad quas eorum animos, qui audiunt, trahet ſiimilitudo.

Poſtremo cauendum eſt, ne nimium crebræ ſint, quæ πυκναὶ μεταφοραὶ ſunt nominatæ. Vt enim modicus, & opportunus earum uſus illuſtrat orationem: ita frequens eam & obſcurat, & ſatietate parit auditoribus faſtidium.

Hæc ſunt uitia translationum ἁμαρτήματα τῶν μεταφορῶν, quæ tamen non ſemper poſſumus effugere. Itaq; ſi quando duriores in orationem incident, quod ſæpè fit: κατὰ προεπίπληξιν erunt molliendæ, præpoſitis his uerbis: Vt ita dicam, ut ita loquar, ſi licet ita dicere, ut hoc utar uerbo. Verecundæ

cundæ enim eſſe debent, ut deductæ in alienum lo cum, non irruiſſe, atq; ut precariò, non ui ueniſſe uideantur.

IMAGO.

ARiſtoteles tranſlationi adiungit Imaginem, quam ipſe nominat εἰκόνα, ἀπὸ τοῦ εἰκάζειν. Eſt.n. propè eadem cum Metaphora: utraq; enim ſimilitudinem continet: differunt tamen orationis genere τῷ λόγῳ. Nam tranſlatio ſimpliciter quod ſit ὅτι τοῦτο ἐστὶν oſtendit, abſq; notis ac ſignis quæ in ſimilitudine collationeq; ſolent adhiberi. At imago tanquam hoc ſit tale, uel non tale ὡς τοῦτο, demonſtrat: habetq; annexas particulas cōparandi μόρια συγκριτικά. Vt ſunt: primum nomina: ſimilis, alter: deinde aduerbia παραθετικά, tanq;, ſicut, ceu, ueluti. Itaq; in metaphora res quidem duæ ſunt, ſed tantum δυνάμει poteſtate: in imagine uero res ambæ non ſolum ui ſua: uerum etiam reipſa & actu τῇ ἐνεργείᾳ proponuntur. Ex quibus diſcrimen quod eſt apud Quintilianum facile poteſt intelligi. Sic .n. inquit in 9. Metaphora breuior eſt ſimilitudo. Sed differt, quod ὁμοίωσις comparatur rei, quam uolumus exprimere: μεταφορὰ pro ipſa re dicitur. Comparatio eſt feciſſe aliquid hominem, ut leonem. Tranſlatio dicitur de homine, Leo eſt. Rhetor Herennianus eam ſic definit: Imago eſt formæ cum forma cum qua

dam

dam ſimilitudine collatio. Nihil enim aliud eſt, quam expreſſa, ſed breuis apud oratores, rei ſimilitudo.

In imagine tria ſunt conſideranda:
- *Res*
  - *Quæ adhibetur imaginis cauſa.*
  - *Propoſita.*
- *Formæ, quarum aliæ ſunt*
  - Ἐπιδεικτικαὶ *quæ ſumuntur cauſa*
    - *Laudis* τῶν ἐπαίνων, *&* *dicuntur* ἐγκωμιαστικαί.
    - *Vituperationis, ut* ψεκτικαὶ, *quæ adducunt uel in*
      - *Odium,* μῖσος *καὶ* ἔχθος.
      - *Inuidiam,* φθόνον.
      - *Contemtũ* ὀλιγωρίαν, ἢ ὑπεροψίαν.
  - Ἐξηγητικαὶ, *quibus ſimilitudo aliqua obſcurior explicatur.*
- *Tractatio* ἐργασία *quæ eſt uel*
  - ῥητορική, *quæ fit breuiter & paucis.*
  - ποιητική. *hæc inſtituitur pluribus uerbis, eſtq́ longior.*

I. *Imago laudis cauſa ſumpta.*

Ibant

Ibant in prælium corpore tauri ualidiſſimi: impetu leonis acerrimi ſimiles.

II. Vituperationis.

1. In odium trahendi gratia.

Iſte quotidie per forum medium tanquam iubatus draco ſerpit: aſpectu rabido circunſpectãs huc & illuc, ſi quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus inſecare, lingua aſpergere poſſit.

2. In Inuidiam.

Iſte qui diuitias ſuas iactat, ſicut gallus è Phrygia, aut ariolus quiſpiam depreſſus, & oneratus auro clamat, & deierat.

3. In contemptionem.

Iſte tanquam coclea abſcondens, & retentans ſeſe tacitus, quo ſit tutus, comeditur cum domo ſua & auſertur.

III. Explicatio δι᾽ εἰκόνα.

In translationibus diligenter uitanda eſt obſcuritas ἀσάφεια*: quo fit ut oratores ſimilitudinẽ ſæpenumero explicẽt imagine, quæ paulo eſt apertior quã metaphora: eamq́; ob cauſam ad eam molliendam, explanandamq́; ſolet applicari ut, Oratorem in iudicia & in conciunculas tanquam in aliquod piſtrinum detrudi uidebam.*

Item:

Et ſi qua in re falſum crimen, quaſi uenenatũ

R

aliquod telum iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit.

Reddunt etiam Imagines orationem nonnunquam urbanam & facetam: quæ ferè in deformitatem, aut in aliquod uitium corporis ducuntur, cum ſimilitudine turpioris. Id quod Cicero in 2. de orat, περὶ τῶν γελοίων: & Ariſt. in 3. Rhetoricorum ad Theod. περὶ τῆς ἀστειότητος ſcribunt.

Tale eſt Ciceronis illud in Helmium Manciam.

Iam oſtendam cuiuſmodi ſis: cum ille, oſtende quæſo: demonſtraui digito pictum Gallũ in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis diſtortũ, eiecta lingua, buccis fluentibus. Riſus eſt commotus, nihil tam Manciæ ſimile uiſum eſt.

Quare εἰκὼν ad grauitatem, δεινότητα, euidentiã, ἐνάργειαν ἢ ὑποτύπωσιν, & iucunditatem, γλυκύτητα, orationis plurimum conducit.

TRACTATIO Imaginis.

Imaginum tractatio duplex eſt: ῥητορική, & ποιητική. Oratores enim breuiter & paucis uerbis eas explicant, aut περιοδικῶς, aut membratim: poëtæ autem pluribus id faciunt, & copioſè.

Εἰκόνες ποιητικαί.

Cic. in Verrem lib. 3.

Nam ut iſte profectus eſt: quacunq; iter fecit: eiuſ-

iuſmodi fuit : non ut legatus populi Romani: ſed ut quædam calamitas peruadere uideretur.

Idem in orat. pro domo ſua.

Sin in cauſa fuit annona: ſeditionis quidem ſtimulator & concitator tu fuiſti: nonne id agendum nobis omnibus fuit? ut materiem ſubtraheremus furori tuo? quid ſi utrunque fuit? & ut fames ſtimularet homines: & tu in hoc ulcere tanquam unguis exiſteres: nonne fuit eo maior adhibenda medicina? quæ & illud natiuum, & hoc delectum malum ſanare poſſet? &c.

Idem in Vatinium.

Repente enim te, tanquam ſerpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti: ut mihi renouatus ille tuus in te ueterem meum amicum: ſed tamen tuum familiarẽ defenderem.

Εἰκόνος ποιητικῆς.

Verg. Æen. 2. de Laocoonte.

Clamores ſimul horrendos ad ſydera tollit:
Quales mugitus fugit cum ſaucius aram
Taurus & incertam excuſſit ceruice ſecurim.

Idem in eodem:

Excutior ſomno & ſummi faſtigia tecti
Aſcenſu ſupero, atque arrectis auribus aſto:
In ſegetem ueluti cũ flamma furentibus auſtris
Incidit aut rapidus montano flumine torrens

aliquod telum iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit.

Reddunt etiam Imagines orationem nonnunquam urbanam & facetam: quæ ferè in deformitatem, aut in aliquod uitium corporis ducuntur, cum ſimilitudine turpioris. Id quod Cicero in 2. de orat, περὶ τῶν γελοίων: & Ariſt. in 3. Rhetoricorum ad Theod. περὶ τῆς ἀστειότητος ſcribunt.

Tale eſt Ciceronis illud in Helmium Manciam.

Iam oſtendam cuiuſmodi ſis: cum ille, oſtende quæſo: demonſtraui digito pictum Gallũ in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis diſtortũ, eiecta lingua, buccis fluentibus. Riſus eſt commotus, nihil tam Manciæ ſimile uiſum eſt.

Quare εἰκὼν ad grauitatem, δεινότητα, euidentiã, ἐνάργειαν ἢ ὑποτύπωσιν, & iucunditatem, γλυκύτητα, orationis plurimum conducit.

TRACTATIO
Imaginis.

Imaginum tractatio duplex eſt: ῥητορική, & ποιητική. Oratores enim breuiter & paucis uerbis eas explicant, aut περιοδικῶς, aut membratim: poëtæ autem pluribus id faciunt, & copioſe.

Εἰκόνες ποιητικαί.

Cic. in Verrem lib. 3.

Nam ut iſte profectus eſt: quacunq; iter fecit: eiuſ-

eiuſmodi fuit: non ut legatus populi Romani: ſed ut quædam calamitas peruadere uideretur.

Idem in orat. pro domo ſua.

Sin in cauſa fuit annona: ſeditionis quidem ſtimulator & concitator tu fuiſti: nonne id agendum nobis omnibus fuit? ut materiem ſubtraheremus furori tuo? quid ſi utrunque fuit? & ut fames ſtimularet homines: & tu in hoc ulcere tanquam unguis exiſteres: nonne fuit eo maior adhibenda medicina? quæ & illud natiuum, & hoc delectum malum ſanare poſſet? &c.

Idem in Vatinium.

Repente enim te, tanquam ſerpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti: ut mihi renouatus ille tuus in te ueterem meum amicum: ſed tamen tuum familiarē defenderem.

Εἰκόνος ποιητικῆς.

Verg. Æen. 2. de Laocoonte.

Clamores ſimul horrendos ad ſydera tollit:
Quales mugitus fugit cum ſaucius aram
Taurus & incertam excuſſit ceruice ſecurim.

Idem in eodem:

Excutior ſomno & ſummi faſtigia tecti
Aſcenſu ſupero, atque arrectis auribus aſto:
In ſegetem ueluti cū flamma furentibus auſtris
Incidit aut rapidus montano flumine torrens

Præcipitesq; trahit ſyluas ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de uertice paſtor.

Et mox:

Tum Danai gemitu, atq; ereptæ uirginis ira,
Vndiq; collecti inuadunt: acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ Dolopũq; exercitus omnis:
Aduerſi rupto ceu quondam turbine uenti
Cõfligũt Zephyrusq;, Notusq; & lætus Eois
Eurus equis: ſtrident ſyluæ: ſæuitq; tridenti
Spumeus atq; imo Nereus ciet æquora fundo.

Et paulo poſt:

Veſtibulum ante ipſum, primoq; in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruſcus ahena:
Qualis ubi in lucẽ coluber mala gramina paſtus,
Frigida ſub terra tumidũ quem bruma tegebat,
Nunc poſitis nouus exuuijs, nitiduſq; iuuenta,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem, et linguis micat ore triſulcis.

Verum apud Poëtas his exemplis ſunt referta omnia: præſertim Homerum, & huius imitatorem Vergilium. Sed cum prolixitatem habẽt non ἔχοντες amplius, uerum παραβολαὶ dici ſolent: item ὁμοιώσεις, maxime: ſi ἀνταποδοτὰ μέρη ipſis ſint adiuncta & annexa: ut apud eundem paulo ante:

Dixit: & extemplo (neq; enim reſponſa dabãtur
Fida ſatis) ſenſit medios delapſus in hoſtes.

Obſtu

Obſtupuit, retroq́; pedem cum uoce repreßit.
Improuiſum aſpris, ueluti qui ſentibus anguem
Preßit humi nitens, trepidusq́; repente refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud ſecus Androgeos uiſu tremefactus
abibat. *Ita Cicero:*

Vt corpora ſine mente: ita ciuitas ſine lege ſuis partibus ut neruis & ſanguine, & mẽbris uti non poteſt. De quo Fabius lib. 5. cap. 11.

Tractantur tamen breuiter etiam
à Poëtis εἰκόνες.
Verg Georg. 3.

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus. *Idem Aen. 1:*
—Reſtitit Aeneas claraq́; in luce refulſit,
Os humerosq́; Deo ſimilis.

Hactenus de primo & præcipuo ſimplicium uerborum modo, qui omnium latißimè patet, & ei adiuncta imagine: reſtant cæteri: qui ad translationem quoq́; uidentur poſſe transferri.

METΩNYMIA
ἡ ὑπαλλαγή.

PROximus igitur modus eſt is, quem ὑπαλλαγὴν Rhetores. i. traductionem atq́; immutationem uocant, quia quaſi ſumantur uerba pro uerbis: Grammatici Græci μετωνυμίαν, & Latini Denominationem appellant: quod nomina

transferuntur. Ariſtoteles autem hanc ipſam modificationem, ut & abuſionem κατάχρησιν tranſlationi ſubiungit. Eſt autem Denominatio ſeu Immutatio, quæ à propinquis & finitimis rebus trahit orationem qua poßit intelligi res, quæ ſuo uocabulo ſit appellata. Hoc enim à tranſlatione differt: quod metaphora proprium cum alieno: metonymia autem ornandi cauſa proprium proprio commutat. Nam in ea neque factum uerbum eſt, neque tranſlatum. Itaque mutata uerba ſunt in quibus pro uerbo proprio ſubijcitur aliud quod idem ſignificet, ſumptum ex re aliqua conſequenti, quod transferendo fit.

Τρόποι τῆς μετωνυμίας.

Conficitur autẽ ſeptem modis:

1. *Ab Inuentore.*
2. *Ab inuento.*
3. *Ab inſtrumento dominum.*
4. *Id quod fit ab eo, qui facit.*
5. *Quod facit ab eo, quod fit.*
6. *Ab eo, quod continet id, quod continetur, denominatur.*
7. *Ab eo, quod continetur id, quod cõtinet.*

Ex quibus perſpicuum eſt Metaphoram diuerſarum rerum quæ tamen aliquam neceßitudinem habent, eſſe: Metonymiam uero ualde cognatarum: ut ſunt ἄϋλα, ἀϋλατά: πυρὶ ἔχον, καὶ πυρίχομβρον: σημεῖον, καὶ ἐπίσημον. *Alia*

ALIA TRAductionis Diuiſio.

- Nominis transmutatio ducitur uel à
  - Cauſis
    - Ποιητικαῖς i(d est) efficientibus, quæ ſunt uel
      - Perſonarũ, cum ponimus
        - Inuentorẽ uel eum qui præſidet, pro re inuenta, & ſubiecta.
        - Poſſeſſorẽ pro re poſſeſſa.
        - Autorẽ pro opere
        - Ducẽ pro his qui ſubſunt.
      - Rerũ: quando id quod facit pro eo quod fit callocamus.
    - Ὀργανικαῖς — Cũ inſtrumentũ pro Domino ponitur: & ſignũ σημεῖον pro perſona, uel etiam ſignato.
  - Effectibus, cũ ea pro cauſis uſurpantur: hoc eſt
    - Inuentum pro inuentore.
    - Id quod efficitur, ꝓ eo quod facit. Eſt pars μεταλήψεως.
    - Facinus uel actus, ꝓ eo qui deſignauit.
    - Opus pro autore, idq; κατ' ἔμφασιν.
  - Eo quod continet ad id quod continetur: ut
    - Locus pro eo quod in loco fit.
    - Alia circũſtantia pro re κατὰ περίστασιν deſcripta.

Eo quod con- ⎫ Rerum.
tinetur, ad id ⎭
quod cõtinet: ⎫ Perſonarum: quoties Dominum
eſtq́; aut ⎭ pro re ipſa collocamus.

TRADVCTIONES
à cauſis ad effecta.
Primus Modus.

I. Cum inuentorem aut eum qui præſidet, pro re inuenta ac ſubiecta ponimus, τὸν εὑρετὴν ἀντὶ τοῦ εὑρήματος, ἢ ἐπινοήματος.

Ad Herennium.

Vt ſi quis, de Tarpeio loquens eum capitolinum nominet.

Terentius.

Sine Cerere & Baccho friget Venus .i. frugibus & uino. *Verg. Aen. 1.*

Tum Cererem corrupta undis cerealiaq́; arma
Expediunt.

Horat: in art.

—Receptus
Terra Neptunus claſſes aquilonibus arcet .i. mare cui præeſt Neptunus.

Verg.

Nec Veneris, nec tu uini capiaris amore. i. libidinis.
Vno nanq́; modo uina Venusq́; nocent.

Hoc

Hoc pacto uerecundè ac pudice nominis transmutatio in oratione aſſumitur. Et dicitur ἠθικὴ καὶ εὐπρεπής.

Liuius.

Vario Marte pugnatum eſt. i. bello cui Mars præeſſe dicitur.

Hic igitur modus inuenta ab inuentore, & ſubiecta ab obtinētibus ſignificat. De quo Quintilianus 8. ſic ait: Nam ut Vulcanum pro igne uulgò audimus, & uario Marte pugnatum, eruditus eſt ſermo, & Venerem quam coitum magis dixiſſe decet: ita Liberum & Cererem pro uino & pane licentius, quam ut fori ſeueritas ferat.

II. Secundus modus fit à poſſeſſore pro eo quod poſsidetur: ὅταν ὁ κεκτημένος ἢ ὁ κτήτωρ ἀντὶ τοῦ κτητικοῦ τάττηται.

Terent.

Hunc tibi comedendum propino. i. Huius bona deuoranda,

Horat.

—De ſene guſtarit. i. de pecunia ſenis.

Vbi dominus rei pro ipſa re poſſeſſa collocatur. Sic etiam dicimus hominem deuorari, cuius patrimonium conſumitur.

III. Modus in quo autor pro opere ponitur: ὁ ποιητὴς ἀντὶ τοῦ ποιήματος. *Vt cum Ariſtotelem per carè emptum dicimus. Ciceronem ſemper in manibus habendum: Terentium mandandum eſſe memoriæ.*

IIII. *Dux pro exercitu, aut his qui ſubſunt,* στρατηγὸς ἀντὶ τοῦ στρατοῦ, ἢ τῶν στρατιωτῶν. *i.* κύριον ἄλλον ἀντὶ τῶν ὑπὸ κυρίον. *Vt cum ab Hannibale ad Cannas Romanorum ſexaginta millia cæſi dicimus. Aut Hannibalem ab iiſdem cæſum eſſe.*

V. Quintus modus eſt, in quo id, quod fit ab eo, qui facit, denominatur. τὸ ποιητικὸν ἀντὶ τοῦ ποιητοῦ, ἢ ποιουμένου, *i. cauſa efficiens pro effectu.*

Ad Herennium.

Vt ſi quis cum bello uelit oſtendere aliquid quempiã feciſſe, dicat: Mars iſtud neceſſario te facere coëgit. Item Martẽ belli eſſe communem ἀλλοπρόσαλλον. *Item.*

Hic melior remis. pro uelocitate, ſed quæ per remos fit.

VI. Cum inſtrumentum ὄργανον, *pro Domino.* *Ad Herennium.*

Vt ſiquis Macedones appellarit, hoc modo: Non tam cito Sariſſæ græcia potitæ ſunt. Aut idem Gallos ſignificans dicat: nec tam facile ex Italia armatura transalpina depulſa eſt.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΟΙ ὑπαλλαγαί.

His modis alij ſunt oppoſiti, & ueluti ἀντίστροφοι *i. ex altera parte ipſis reſpondentes. Nam ut illic inuentorem pro re inuenta: & id quod facit, pro eo quod fit: item autorem pro opere: ſic in ſequentibus formis contrà, quanquam durius,*

aut

aut inuentum pro inuentore: aut effectum pro cauſa efficiente: aut deniq; facinus pro eo qui deſignauit, proponimus.

VII. Inuentum pro inuentore, εὕρημα ἀντὶ τοῦ εὑρετοῦ.

Vinum precemur. Nam deus hic præſens adeſt. pro Bacchum.

VIII. Id quod facit ab eo quod fit: τὸ ποιητὸν ἀντὶ τοῦ ποιητικοῦ quem modum quidam μετάληψιν uocant, de quo mox.

Verg. 3. Geor.

—Triſtisq; ſenectus.

Et Æn. 11

—Mœſtumq; timorem
Mittite. Non quod timor mœſtus ſit: ſed quod mœſtos reddat.

Idem 6.

Pallentesq; habitant morbi triſtisq; ſenectus.

Horat.

Pallida mors æquo pede pulſat pauperum tabernas.
Regumq; turres.

Sic frigus pigrũ uocamus, quod pigros efficiat.

IX. Facinus pro eo qui deſignauit: ἔργον ἢ πρᾶγμα πραχθὲν ἀντὶ τοῦ πρακτῆρος,

Terent.

Vbi iſtbic ſcelus eſt, qui me perdidit? pro ſceleſtus.

Sic

Sic pro ſacrilego ſacrilegium deprehenſum dicimus. Et in ſumma quoties opus uel actum ponimus pro autore: aut uirtutes, uitia & artes, pro ijs in quibus ſunt. Luxuries quam in domum irrupit, & quo auaritia penetrauit, aut fides ualuit, iuſtitia confecit. Huc pertinent quæ ad perſonam & ad rem ſolent referri. Vt Audax homo, audax facinus. Confutaſti hominem, confutaſti hominis argumenta.

X *Modus eſt cũ ab eo, quod cõtinet id, quod cõtinetur ſumitur.* τὸ περιέχον ἀντὶ τοῦ περιεχομένου.

Ad Herennium.

Armis Italia non poteſt uinci, nec Græcia diſciplinis. Nam hic pro Græcis & Italis quæ continent, notata ſunt.

Verg. 7.

Nunc pateras libate oui.

Idem:

—Impiger hauſit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro.

Et 8.

—Cœlo gratiſſimus amnis, pro cœlitibus uel cœleſtibus Dijs. *Sic dicimus:*

Epotos cados, i. uinum ebibitum.

Et:

Seculum felix. Benè moratas urbes.

Ad hunc modum ſæpe locus pro eo quod in lo

co

eo fit. ſumitur: ὁ τόπος ἀντὶ τοῦ ἐν αὐτῷ πράγματος γεγονότος. Vt, Campus pro comitijs, Curia pro ſenatu τοῖς ἴσασιν ἀντὶ τοῦ πράγματος.

XI. Cum contrà, tamen durius & uiolentius, id quod continetur, pro eo quod continet uſurpatur: τὸ περιεχόμενον ἀντὶ τοῦ περιέχοντος.

Ad Herenn.

Vt, ſi quis aurum, uel argentum, aut ebur nominet, cum diuitias uelit nominare.

Apud Poëtas:

Terent.

Eamus ad nos. i. ad ædes noſtras.

Verg. 1.

Crateras magnos ſtatuunt & uina coronant.

Idem 2. Æn.

— Iam proximus ardet

Vcalegon — Hominem pro domo collocauit: pro domus Vcalegonis.

XII. Poſtremus modus eſt: in quo ſignum pro ſignato collocatur: σημεῖον ἀντὶ τοῦ πράγματος οὗ ἐστι σημεῖον.

Cicero.

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Vbi toga pro pace, laurea pro uictoria aut triumpho & gloria bellica ponitur.

Sic faſces & ſecures pro imperio conſulari ſumuntur, Sceptrũ pro regno. Stadiũ pro curſu.

Verg.

Verg.

Et iam ſumma procul uillarum culmina fumant. noctem imminentem ſignificans.

Harum omnium denominationum magis in præcipiendo diuiſio, quam in quærendo difficilis inuentio eſt: propterea quod plena cõſuetudo eſt, non modo poëtarum, & oratorum: ſed etiam quotidiani ſermonis huiuſmodi immutatorum uerborum, ut aũt translata, ſic hæc inflexa quaſi ſtellæ quædam illuſtrant orationem.

ΜΕΤΑΛΗΨΙΣ.

MAGNA inter transnominationem & Transſumptionem, quam Græci μετάληψιν uocant, eſt affinitas. Nam ut illic nonnunquam: ita quoq; hic ex conſequente uel effectu, aut antecedens, aut cauſa intelligitur. Eſt enim propriè uerbi à cauſa, uel effectu ſumpta translatio.

1. *Ab effectu cauſa.*

Vt cum deſidioſam artẽ dicimus, quia deſidioſos faciat: & frigus pigrũ, quia pigros efficiat: De quo ſupra eſt expoſitum. Sic triſtis uocatur egeſtas, q̃ triſtes reddat.

2. *A conſequente ad antecedens.*

Verg. Aen. 1.

—Speluncis abdidit atris. intelliguntur enim nigræ, ex nigris tenebroſæ ac obſcuræ, per has uero in præceps profundæ.

Idem Eclog.1.

Poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas.

Vbi per ariſtas ſpicas, per ſpicas meſſes, per meſſes æſtates, per has uero anni accipiuntur.

Idem Aen.5.

Septima poſt Troiæ excidiũ iã uertitur æſtas.

Itaq; μετάληψιν Grammatici eſſe dicunt modum, in quo κατὰ κλίμακα, hoc eſt, gradatim itur ad id quod uolumus ſignificare. Tropus eſt & rariſſimus & maximè improprius. Nam apud poëtas præcipuè Græcos uſitatior eſt, quam apud Oratores. In familiari quoq; & quotidiano ſermone minus eſt frequẽs. Itaq; Græci νήσους θοὰς ὀξείας dicunt. Et eſt apud Homerum: ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσιν.

Poëta.n. hoc carmine inſulas quas ὀξείας, i. acutas uocat intelligit. Nam tametſi θοὸν & ὀξὺ, ut Ioach. Camerarius, uir longè doctiſſimus, annotat, συνώνυμα ſint: tamen ὀξὺ dicitur, quod non ſolũ mobilitate quadam eſt uelox: ſed etiam in ſpeciem producitur in longitudinem & tenuitatem. Quare in hac transfiguratione ea uis eſt & natura, ut inter id quod transfertur. i. τὸ μεταλαμβανόμενον ſit medius quidam gradus ὥσπερ ἔμμεσος, nihil quidem ipſe ſignificans, ſed præbentis tranſitum. Eſt.n. eius uſus in rebus medijs.

IN.

INTELLECTIO.

TRAductioni atq; tranſumptioni finitima ſunt illa minus ornata: ſed tamen non ignoranda, cum intelligi uolumus aliquid. Quorum modificatio à Græcis συνεκδοχή, à Latinis comprehenſio, atq; intellectio dicitur. Nam ἐνδέχεσθαι animo aliquid & cogitatione ſignificat cõprehendere. In hac enim aliquid aliud intelligendũ eſt, quã id quod uerbis exprimitur. Eſt itaq; Συνεκδοχή quotieſcunq; aliud ex alio quocunq; modo intelligitur. Hoc eſt: cũ uel plus dicitur, quàm intelligitur: uel cõtrà minus profertur quam requirit res atq; ipſa ſententia.

I. Ab uno plures intelliguntur, his modis.

Ad Herenn.

Pœnus fuit Hiſpanis auxilio: Fuit immanis ille transalpinus: In Italia quoq; non nemo ſenſit idem togatus. Item:

At Romanus homo, tamen & ſi res benè geſta eſt, Corde ſuo trepidat. Liuius.

Romanus prælio uictor, dicit, cum Romanos uiciſſe ſignificat. In his ſingularis & diminutus numerus pro plurali feſtiuitatis gratia accipitur καθ᾽ ἑτέρωσιν.

II. Res tota parua de parte, ſic intelligitur.

Ad

Ad Herenn.

Non illæ nuptiales tibiæ eius matrimonij te commonebant: nam hic omnis ſanctimonia nuptiarum uno ſigno tibiarum intelligitur.

Item cum pro ædificijs parietes, aut tecta dicimus. *Verg. 2. Aen.*

—Inſtat mucrone coruſco, pro gladio.

III. Ex forma Genus.

Horat. Iracundior Adria, pro quouis mari. Et: Poculaq́ inuentis Acheloia miſcuit uuis, pro quouis fluuio: apud Vergilium 1. Georg. Itẽ Hybleis apibus florem depaſta.

IIII. Ex materia res confecta, ſiue totum cognoſcitur.

Verg. in 1.

Clam ferro incautum ſuperat. &c. pro gladio.

V. Ex antecedentibus conſequentia.

Vt, Virgineam ſoluit Zonam, pro deuirginauit. Ouid. in epiſt. Caſtaq́ fallaci Zona recincta manu. Et, Subdidit equo calcaria, pro cucurrit.

VI. Intellectionis formæ illis contrariæ ſunt: in quib. plus, quam uelimus cognoſci, uerbis exprimimus. A pluribus unum.

Ad Herenn. Atrox calamitas pectora mœrore pulſabat, itaq́ anhelās ex imis pulmonibus, præ cura ſpiritus ducebatur. Item: Nos ſumus

Rutuli, qui fuimus Troiani: Cicero ad Brutũ: Populo, inquit, impoſuimus: & oratores uiſi ſumus. Cum de ſe tantum loquatur. In quibus adauctus numerus grauitatis cauſa, πρὸς ἐπίφασιν καὶ τὴν ἀριθμοῦ ἐναλλαγὴν ponitur. Quod genus, ut eſt apud Fabium, non orationes modo ornat, ſed etiã quotidiani ſermonis uſus recipit.

VII. Ex toto pars.

Ad Herenn. Vt, ſi quis ei, qui ueſtitum, aut ornatum ſumptuoſum oſtentet, dicat: Oſtentas mihi diuitias, & locupletes copias iactas. Sic, cũ unam turmam, equitatum populi Rom. dicimus.

Verg. Aen. 1.

—Ingens à uertice pontus. i. fluctus pars ponti.
Et, Fontemq; ignemq; ferebant. i. partem fontis & ignis.

VIII. Poſtremo fit συνεκδοχὴ quandocunq; aliud cognoſcitur ex alio, hoc eſt, cum, quocunq; modo non ut aliquid dictum eſt, in eo genere intelligitur, ſed ut ſenſum eſt. Vt apud Saluſt. Vixerunt, pro obierunt. Sic dicit Cicero: Et nos quoq; floruimus, pro felices fuimus. Itaq; huc prius & poſterius pertinet, ex quo cætera quoq; queant cognoſci ac perſpici. Vt, cõcutere muros, ex quo intelligitur oppugnatio.

Sed hæc omnia liberiora Poëtis ſunt quam oratoribus.

Tracta-

Tractatio intellectionis.

Atq; hæ intellectiones ſimplices ſunt & ſemel tantum figuratæ, ἁπλῶς: reperiuntur etiam compoſitæ & tanquam bis aut ſæpius etiam informatæ. Suntq; ornatiſsimæ & feſtiuiſsimæ, ſi fiant κατ' εἰρωνείαν. Vt ſi quis planè ſordidus prodeat in forum, aut ſenatū, cū tamen domi habeat magnas opes, ad eum aliquis dicat: iam incipis diuitias tuas populo Rom. oſtendere.

Σχῆμα τῆς συνεκδοχῆς.

Intellectio uel eſt figurata
- Semel tantum, ἁπλῶς: & aut
  - Propriè κυρίως, quoties minus dicitur & plus intelligitur. Vt ex
    - Vno plures.
    - Parte totum.
    - Specie, Genus.
    - Materia res cōfecta.
    - Antecedentibus conſequentia.
  - Impropriè καταχρηστικῶς: cum plus quam intelligendum ſit, dicēdo exprimitur: ut uel ex
    - Pluribus unum.
    - Toto pars.
- Bis: ἐσχηματισμένη. ſ. κατ' εἰρωνείαν.

PRONOMINATIO.

PRonominatio Græcè Αντονομασία dicitur: eſtq́ nominis quaſi permutatio ὀνόματος τινος ἢ λόγου ἀντ' ὀνόματος λῆψις ἢ θέσις. Nam uel aliud uerbũ, uel orationem pro nomine ponit. Eſt enim duplex ἁπλῆ, καὶ περιφραστική: propterea quod uel ſimpliciter tractatur, ὅταν ὄνομα ἀντ' ὀνόματος τάττηται: de qua hic loquimur: uel κατὰ περίφρασιν. i. circuitionem cum pro uno uerbo plura ponuntur. i. aut definitio, aut deſcriptio, aut notatio nominis.

Definitio ὅρος.

Vt, pro rhetorica, dicendi ratio.

Deſcriptio ὑπογραφή.

Verg.

—Diuúm pater atq; hominum rex, pro Ioue.

Nominis notatio ἐτυμολογία.

Vt ſi quis pro philoſophia, ſtudium ſapientiæ dicat.

Sed de hac, inquam, circumlocutione hic nihil loquimur: nam de ea dicemus poſtea. Ad ſimplicem igitur reuertamur: quæ Ad Herenniũ explicatur hoc modo: Pronominatio eſt, quæ ſicuti cognomine quodã extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt.

In pronomi-natione ſpe-ctantur

- *Res: ducuntur. n. uel à rebus*
  - *Internis*
    - *Animo.*
    - *Corpore.*
  - *Externis.*
- *Formæ ſumuntur enim*
  - 1. Ἐπίθετα *.i. uel*
    - Πατρωνυμικὰ ἀπὸ τῶν κυρίων.
    - *Sumpta ex factis, quibus perſona ſignatur.*
  - 2. Κτητικὰ *poſſeßiua patria*
  - 3. Προσηγορικὸν *appellatiuum*
    - *Studij*
    - *Artis.*
    - *Officij aut dignitatis.*
  - 4. Κύρια, *i. propria pro ſubſtantiuis, quæ ſignificant uel affectionem, uel proprietatem ipſis inhærentem.*
  - 5. Ἐθνικὰ *pro gentiũ uel nationum adtributis.*

1. *Patronymica pro proprijs.*
Pelides aut Aeacides, pro Achille.
Priamides pro Hectore, aut filio Priami.
Dardanidæ, pro Troianis.
Saturnia, pro Iunone.
Verg. Ecce trahebatur paßis Priameia uirgo. i. Caſſandra.

2. Ἐπίθετον. *i. adiectiuum ex factis, quibus perſona notatur. Verg. Aen. 4. – Thalamo quæ fixa reliquit Impius. pro Aenea. Apud Terent. Senex, pro perſona Simonis Heri accipitur. Liuius. Abundat multitudine hominũ Pœnus, pro Hannibale.*

3. *Fit per patria poſſeßiua*
Pro Hercule Tyrinthius.
Pro Venere Cytherea, aut Cypris.
Pro Ioue Saturnius.
Pro Diana Cinthia.
Pro Mercurio Cyllenius.

4. *Pro proprio ſubſtantiuum uel appellatiuũ uel ſtudij* τοῦ ἐπιτηδεύματος ἢ τῆς σπουδῆς: *uel artis* τῆς τέχνης: *uel officij & dignitatis* καθήκοντος ἢ ἀξιώματος.

Pro
- *Ariſtotele Philoſophus.*
- *Vergilio aut Homero apud græcos poeta*
- *CHRISTO Ieſu, Seruator.*
- *S. Paulo, Apoſtolus.*
- *CAROLO, Imperator.*

Hic

Hic modus plerunq; fit propter excellentiam ſcꝫ τὴν ἐξοχὴν ἢ ὑπεροχὴν: quæ in Synecdoche quoq; locum habet: quoties ſpecies primaria pro genere, uel contra hoc pro illa uſurpatur.

5. Nomina propria pro appellatiuis, quibus illorum ineſt affectio διάθεσις, aut proprietas ἰδιότης.

Vt, Socrates, Thraſo, Sardanapalus, Phalaris, Crœſus, Irus, Verres pro Sapiente. Glorioſo. Molli. Crudeli & tyranno. Diuite. Paupere. Fure.

6. Gentis aut nationis alicuius pro ipſarũ adtributis. Vt,

Pro Leui & mendaci, Cretenſis. Aſpero & inhumano, Scytha. Luxurioſo, Sybarita. Fœdifrago, Pœnus &c.

RES à quibus harũ genera ducuntur.

AB animo. Verg. Aen. 5.

Magnanimus Anchiſiades, & pondus & ipſa.

A Corpore. Idem in 3.

— Ipſe arduus altaq; pulſat.
Sydera, dij talem terris auertite peſtem.

A rebus extraneis. Idem in 1.

Infelix puer atq; impar congreſſus Achilli.

VSVS χρῆσις.

1. *Proprius Poëtarum. Nam neceſsitate carminis illi coacti ſæpe ea adhibent.*

2. Communis oratori & Poëtæ: qui eſt
- Ἐπιδεικτικὸς, & conſiſtit in
  - Laudando.
  - Ledendo.
- In ornatu κόσμῳ.
- Ἐμφάσει καὶ ἐξοχῇ.

Sed hæc apud Poetas frequentiora ſint, quã apud oratores, apud quos etſi rarus: tamen non-nullus eorũ uſus eſt. Nam etſi Tytidem & Peliden non dicunt: tamen impium pro parricida. Euerſorem Carthaginis & Numantiæ pro Scipione. Sic Romanæ eloquentiæ principem pro Cicerone ponere non dubitant.

Cicero ipſe utitur hac libertate. Non multa peccas, inquit illi fortiſsimo uiro ſenior magiſter: ſed ſi peccas, te regere poſſum. Neutrum. n. nomen poſitum eſt, & utrunq; intelligitur. Sic pro coniuratione, domeſticum latrocinium: pro improbis ciuibus, peſtem & ſtrumam ciuitatis.

Translatio rerum eſt omnino diuerſarum: immutatio cognatarum: pronominatio uero perſonarum & quidem dſiunctarum.

ADDITA adnomen.

REFERunt huc quidam Addita adnomen quæ ab Ariſtotele & Grammaticis ἐπίθετα καὶ ἐπιθέτους nominantur: & ſunt omnibus nota. Fiunt enim quoties proprio nomini, uel ſubſtantiuo adiectiuum aliudúe tale, apponitur.

Nam non tantum perſonis: uerum etiam rebus proprietatem aliquam adtribuunt.

In Epithetis ſpectari debent
- 1. Partes
  - Antecedens, Nomen.
    - Proprium
    - Appellatiuum.
  - Conſeques, ut ſunt adiectiua uel ſubſtantiua ἐπεξηγητικά. Apponuntur autē uni, uel uerba
    - Singula.
    - Duo, aut plura.
- 2. Formæ. Omne. n appoſitū aut eſt
  - Simplex, & ſemel figuratū.
  - Coniunctū, et bis quaſi transformatū, alijs tropis adiunctis
    - μεταφορᾷ, qua exornatur res tota maximé. Cupiditas effrenata: & inſanæ ſubſtructiōes. Cic.
    - μεταλήψει. Verg. Turpis egeſtas: & triſtis ſenectus.

Sumuntur autem uel
- Ab animo.
- A corpore.
- A bonis externis ï fortunæ: à
  - Genere.
  - Opibus.
  - Forma.
  - Viribus.
  - Patria.
  - Actu.
  - Euentu.
  - Omnibus fortunæ commodis & incommodis.

Exempla huius ornamenti: quoniam ubiq; non in poëtis ſolum: ſed & in oratoribus obuia ſunt: & ab omnibus pueris animaduerti poſſunt: pauca tantum ſubijcimus Ab animo.

Plato Philoſophorum ſapientiſsimus.

Verg. 1.—Sæuitq; animis ignobile uulgus.

A Corpore. Idem in 4.

Ipſa tenens dextra paterã pulcherrima Dido.

A loco. Idem 3.

—Trinacria cernitur Aetna.

Ab Actu. In 7.

Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix,
Aeternam moriens famam Gaieta dediſti.

Ab euentu. Aen 2.

—Tenedos notiſsima fama Inſula diues opum.

Vſus

VSVS harum adiunctionum.

Ἐπίθετα adhibentur aut cauſa
- Exaggerandi exaſperandiq; facinus aliquod.
- Extenuandi atq; defendendi.
- Laudandi, à rebus melioribus:
- Vituperandi ac deſtruendi à rebus deteriobus, ut, ſcelerumq; inuentor Vlyſſes.
- Indicandi & explicandi. Lariſſæus Vlyſſes.
- Ornandi, ut Dia Camilla.

Sed eſt ornatus duplex: λαμπρός illuſtris uel lumĩnoſus: ut in his. Pro fortiſsimo uiro dicere incipientem timere. Et ὀγγώδης amplus & copioſus, quo corpus augetur orationis.

VITIA Epithetorum.

Tria ſunt in epithetis quæ orationem frigidã ψυχρὸν λόγον, ut ſcribit Ariſtoteles, faciunt: Primum ſi ſint nimium longa atq; prolixa μακρὰ, ut incurui ceruicum pecus. Parant enim auditori faſtidiũ: et ſunt certè in iucunda. Deinde ſi intempeſtiua ἄκαιρα: quæ ineptè adhibentur: & ſunt ocioſa: ut quæ ad explicationem, orationisq; claritatem nihil faciunt. Quæ idcirco etiam ἐπίδηλα nuncupantur: propterea quod per ſe & à quouis intelliguntur: quo fit ut ſuperflua ſint, & in oratione redundent: ut, candida nix: album lac: dentes albi:

alibi: liquidi fontes: & humida uina. Quæ tamen in Poetis non comprehenduntur.

Poſtremo uitioſi ſunt, ſi nimium crebro ac frequenter adhibeantur, quæ dicuntur πυκνά. Nã & hic τὸ μέτριον, i modus teneri debet. Vt enim mala τῶν ἐπιθέτων accommodatio orationem reddit frigidam: ita multitudo eorum nec docet, nec delectat admodum auditorem. Etſi enim ſine his oratio nuda eſt quadamodo & incompta: tamen non debet nimis multis onerari: ne fiat longa et impedita. Sed tamẽ uel utilitatis, uel ſuauitatis cauſa ſæpe rectè poſſunt applicari. Vtilitatis, quando formas inter ſe cognatas quadã proprietate diſtinguunt. Vt: Tamen hæc noui iudicij, noua forma terret oculos: qui quocunq; inciderint, ueterem conſuetudinem fori, & priſtinum morem iudiciorũ minimè uident. Et P. Quintius cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ. Suauitatis ut in hac εἰρωνείᾳ. Nouum crimen C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum &c. Quamobrem & oratoribus crebrò ad nomen additis uti licet: ſi uel in rebus non omnibus manifeſtis μὴ ἐπιδήλοις πράγμασι applicentur: uel ſi ſint ſignificantia. Ariſtoteles ad hunc locum ait non ſolum pertinere adiectiui ad ſuum ſubſtantiuum adtributionem: de qua hactenus: ſed etiam ἐπεξηγήσεις quas Grammatici appoſitiones uocant:

uocat: et περιφράσεις dilatatiões, uerbaq́; explicata. Sed de his nos partim in ſuperiorib. copioſè diximus: partim in ſequentib aliquid admonebimus.

Sunt autem (ut eſt apud Quint.) qui ἐπίθετον modum eſſe negent: quia nihil uertat: ſed tamen, quia nomini adiunctum ornatum affert: diuiſum autem à proprio per ſe ſignificat, & ἀντονομασίαν facit: idcirco non malè inter tropos recenſeri poteſt. Nam ſi dicas: ille qui Carthaginem & Numantiam euertit, ἀντονομασία eſt: ſi adieceris Scipio, appoſitum.

IMMINVTIO.

AD hunc locum etiã ea ſpectare uidentur: quæ Grammatici ὀνόματα ὑποκοριστικὰ .i. diminutiua nuncupant. Vtimur enim ijs ſæpe pro appoſitis. Cic. in partit. orat. uidetur, ea quæ obſcurantur, conuertiſſe: ſicut ſcribit Ioan. Sturmius. Ariſtoteles certè epithetis imminutionem ὑποκορισμὸν ſubiungit. Eademq́; ferme in eo modo uult obſeruari. Sic autem definit. Ἔστι δὲ ὁ ὑποκορισμὸς, ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθόν. Imminutio autem eſt, quæ quod malum eſt, quodq; bonũ extenuat. Et adfert exempla ex Babilonijs, Comœdia Ariſtophanis: qui σκωπτικῶς, pro aurea χρυσῷ, χρυσιδάριον: pro ueſtimento ἱματίῳ, ἱματιδάριον: pro conuicio λοιδορίᾳ, λοιδορημάτιον, & morbo νόσῳ, νοσημάτιον, quaſi dicas, aureulum, ueſtimentulum,

tulum, conuiciolum, & morbulum poſuit.

NOMINATIO.

GRAECI hanc Ονοματοποιΐαν, Latini nominis cõfictionẽ uocant. Eſt autem ratio qua eã rẽ cui nomen aut non eſt, aut non ſatis idoneũ eſt, inuẽto factoq; à nobis aut imitatiõis, aut ſignificatiõis gratia poſſumus nominare. Imitationis cum uerbum accõmodatur geſtui aut ſonitui rerũ, ut Maiores, rudere, & uagire, & mugire, & murmurare, & ſibilare appellauerunt. Significandæ rei cauſa, cum uocabula fingimus pro tempore & rei neceſſitate. Vt: Poſtquam ille in remp. fecit impetum fragor ciuitatis in primis eſt auditus. Plures enim ſunt res non ſolum natura ſua: ſed etiam hominum inuentione, quam earum uocabula, quæ ſæpe cum hominibus etiam intereunt, ut inquit Horatius. Quo fit ut neceſſitate coacti. præſertim in nouis rebus, oporteat ὀνοματοποιεῖν. i. noua ipſis nomina imponere.

Nominatio eſt aut
- *Antiqua & recepta. Vt, mugire, murmurare. &c.*
- *Recens, uel quia*
  - *Antiqua quidẽ eſt inuentione: tractatione tamẽ noua. Et ſecum ſola ſicca ſpatiabat arena.*
  - *Noua, et malè excogitata. Vt, Bombarda.*

Alia

Alia diſtinctio τῶν πεποιημένων λέξεων.

Nouantur autẽ uerba i. ab oratore gignũtur & fiunt uel

- *Imitatione μιμήσει: quæ fit exemplo ἀναλογίᾳ. Eſtq; uerborum linguæ aut*
  - *Alienæ.*
  - *Noſtræ.*
- *Immutatiõe ἐξαλλαγῇ: ideóque talia ἐξηλλαγμένα dicuntur facinus enim uel*
  - *Simplicia ex unico natiuo.*
    - *1. Quando per ſe gignuntur, ut in quib. ſonitus rerũ exprimitur.*
    - *2. Inflexione παραγωγῇ: & uocãtur παραγόμενα, quæ ſunt in*
      - *Eadẽ dictiõe*
      - *Diuerſis.*
  - *Compoſita ex pluribus, ut διπλᾶ. Et nominatur coniunctio. i duorum uerborum cõpoſitio.*

1. Imitatio uerborum linguæ alienæ.

Vt cum Græca latinè interpretamur.

Linguæ

Linguæ noſtræ.

Vt, Qualitates Cicero nominauit: cur Dialecticis non liceat dicere Quantitates: ſi faciant hoc pudenter?

Verba quibus ſonitus rerum exprimitur.

Ennius. Et tuba terribili ſonitu taratantara dixit. pro cantu tubæ.

Verg.

Exoritur clamorq; uirûm, clangorq; tubarum.

Et:

Sommum ſuadebat inire ſuſurro. Talia ſunt illa omnia quæ rerum ipſarum imaginem quandam referunt Vt, in Nominibus, ſibilus, murmur, mugitus. In Verbis, Tinnire, balare, mugire.

II. IMMVTATIONE.

τὰ παραγόμενα.

Quæ ſequuntur κατὰ παραγωγὴν ſunt nouata: quæ eſt deductio & deriuatio nouorum uerborũ, quæ ex ἀναλογίᾳ quoq; ſumitur: ac nobis ubi ſententia poſtulat, non eſt fugienda. Et παραγόμενα nominantur, quæ ex uocibus in uſum receptis quocunq; modo declinantur. Talia ſunt in Verbis, ſyllaturire. pro Syllæ mores imitari uelle: ut eſurire. Vulpinari ἀλωπεκίζειν, habet Plautus: quẽadmodũ & græcari, ita poſſimus rhetoricari, philoſophari dicere. Sic nihil uetat quo minus iuxta ἀναλογίαν dicatur ſcripturire, bellaturire. Et uv

areſcere,

areſcere, ita ſiceeſſere uſurpari poteſt. Et à patre patriſare, à matre, matriſare, à fratre fratriſare. In participijs, ut laureatus, ſic pileatus, laruatus & perſonatus. Item laureati poſtes, pro laurea coronati.

Et hæc ſunt facta ſine coniunctione. Vt, indigenitalis.

Item— Baccarum ubertate incurueſcere, Sic perpetuare, craſtinare.

Facta coniunctione.

Tum pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat.

Num nõ uis huius me uerſutiloquas malitias.

Talia ſunt, terrigena, lucifugus, uulnificus, honorificus.

Græci aũt in his fictionibus fęliciores longè ſunt Latinis: ut & in Homero & Ariſtophane licet animaduertere. Latinis tamen in carmine & uerſu etiam aliquid eſt audendum: præſertim ad idoneorum probatorumq; autorum imitationem. Factitia enim uocabula non ſemper dura σκληρὰ, aut obſoleta, ἀρχαῖα uideri debent: ſi quatenus doctorum cõſuetudo & autoritas patitur, in ſcribendo aſſumantur. Ac horum obſeruatio orationis uerborumq; copiam plurimũ adiuuat.

ABVSIO.

Duplex eſt apud Rhetores abuſio:

- Vna rerũ, quando una ꝓ altera ponitur, ἢ κατὰ
  - Παραδιαστολὴν. i. per diuerſam diſtinctionem.
  - Εἰρωνείαν, per illuſionem, ſiue diſsimulationem, quæ fit aſſumptis contrarijs.
- Verborũ altera τῶν λέξεων: qua nomẽ aliquod aut
  - ijs rebus quæ proprium non habent, accommodatur.
  - Vicinum etiam in his rebus quibus ſua uocabula ſunt, uſurpatur.

Παραδιαστολή.

Cum pro uirtutibus uicina ſumuntur uitia, aut è contrà, ἀντὶ τῆς μεσότητος τὴν ὑπερβολήν. Vt, pro temeritate, uirtus: pro luxuria, liberalitas: pro crudelitate, ſeueritas: pro auaritia, parſimonia. Ita ſi te pro aſtuto, ſapientem: pro confidente, fortem: pro illiberali, diligentẽ appelles. Neque enim ut ait Fabius, putat quiſquam & luxuriam & liberalitatem idem ſignificare: uerum id quod fit, alius luxuriam eſſe dicit, alius liberalitatem, quamuis neutri dubium ſit, hæc eſſe diuerſa.

Εἰρωνεία.

Illuſio fit contrariorum aſſumptione, quæ dicuntur ἄκρα. Vt ſi quis hominem prodigum, & luxurioſum parcum & diligentem nominet. Verum de hoc rerum quaſi abuſu in ſententiarum præcipitur ornamentis: nos autem hic de καταχρήσεως τῶν λέξεων agimus: quæ uerbo ſimili & propinquo, pro certo & proprio abutitur, uel quod neceſſe eſt, uel quod delectat ac licet. Nam & hunc modum neceſsitas, ac iucunditas genuit atq; celebrauit. Neceſſarius eſt tum cũ ijs rebus quæ proprium nomen non habent, accommodamus quod in proximo eſt. Poëtæ quoq; delectionis gratia etiamſi licentius, καταχρηστικῶς in his rebus quibus etiã nomina ſua ſunt, uicinis utuntur: id quod rarũ eſt in oratione proſa atq; ſoluta. Etſi aũt hæc traducta uerba non tantam elegantiam habent quantam translata: tamen accommodantur interdum ab oratore non impudenter ſi uideantur eſſe neceſſaria. Itaq; rectè à Diomede, neceſſaria ſimilium ꝓ proprijs abuſio, & alieni nominis uſurpatio, definitur.

Exempla.

Vires hominis breues.
Parua ſtatura.
Longum in homine conſilium.
Grandis oratio, &

ABVSIO.

Duplex eſt apud Rhetores abuſio:

- Vna rerũ, quando una ꝓ altera ponitur, ἢ κατὰ
  - Παραδιαστολὴ. i. per diuerſam diſtinctionem.
  - Εἰρωνείαν, per illuſionem, ſiue diſsimulationem, quæ fit aſſumptis contrarijs.
- Verborũ altera τῶν λέξεων: qua nomẽ aliquod aut
  - Iis rebus quæ proprium non habent, accommodatur.
  - Vicinum etiam in his rebus quibus ſua uocabula ſunt, uſurpatur.

Παραδιαστολή.

Cum pro uirtutibus uicina ſumuntur uitia, aut è contrà, δι᾽ τῆς μεσότητ⟨ος⟩ & τὴν ὑπερβολὴν. Vt, pro temeritate, uirtus: pro luxuria, liberalitas: pro crudelitate, ſeueritas: pro auaritia, parſimonia. Ita ſi te pro aſtuto, ſapientem: pro confidente, fortem: pro illiberali, diligentẽ appelles. Neq; enim ut ait Fabius, putat quiſquam & luxuriam & liberalitatem idem ſignificare: uerumid quod fit, alius luxuriam eſſe dicit, alius liberalitatem, quamuis neutri dubium ſit, hæc eſſe diuerſa.

Ειρωνεία.

Illuſio fit contrariorum aſſumptione, quæ di‑cuntur ἄκρα. Vt ſi quis hominem prodigum, & luxurioſum parcum & diligentem nominet. Ve‑rum de hoc rerum quaſi abuſu in ſententiarum præcipitur ornamentis: nos autem hic de κατα‑χρήσει τῶν λέξεων agimus: quæ uerbo ſimili & pro‑pinquo, pro certo & proprio abutitur, uel quod neceſſe eſt, uel quod delectat ac licet. Nam & hunc modum neceſſitas, ac iucunditas genuit atq; celebrauit. Neceſſarius eſt tum cũ ijs rebus quæ proprium nomen non habent, accommodamus quod in proximo eſt. Poëtæ quoq; delectionis gratia etiamſi licentius, καταχρηστικῶς in his rebus quibus etiã nomina ſua ſunt, uicinis utuntur: id quod rarũ eſt in oratione proſa atq; ſoluta. Etſi aũt hæc traducta uerba non tantam elegantiam habent quantam translata: tamen accommodan‑tur interdum ab oratore non impudenter ſi uide‑antur eſſe neceſſaria. Itaq; rectè à Diomede, ne‑ceſſaria ſimilium ꝓ proprijs abuſio, & alieni no‑minis uſurpatio, definitur.

Exempla.

Vires hominis breues.
Parua ſtatura.
Longum in homine conſilium.
Grandis oratio, &

Ingens gratia, pro magna.
Minutus animus, pro paruo.
Paucus ſermo.

Sic parricidam dicimus matris, fratris, ſororis, aut alterius propinqui interfectorem. Nam in parentis trucidatore proprium eſt: in illis improprium, & accommodatum.

Verg. Aen. 2.

—Equum diuina Palladis arte Aedificant.

Idem:

Vir caper ipſe gregis deerrauerat.

Apud Tragicos.

Et iam Leo pariet: at pater eſt.

Et hæc quidem de ſingulorum uerborum modis ſint expoſita: reliquum eſt ut de ijs qui in uerborum continuatione uerſantur, dicendum eſſe uideatur.

ΑΛΛΗΓΟΡΙΑ.

PER magnum orationis ornamentum eſt, ſi parcè uſurpetur Ἀλληγορία, *quam Græci ita uocant* ὡς ἄλλο ἀγορεύουσα: *quod per eam aliud dicatur, aliud intelligendum ſit, Rhetor Herennianus permutationem: Quintilianus inuerſionem nominauerunt. Ac tametſi ex metaphora fluit hoc genus: tamen non eſt in uno uerbo translato: ſed ex pluribus continuatis cõnectitur. Eſt aũt oratio aliud uerbis aliud ſententia demonſtrans. —Neq; me patior.* Iterum

Iterum ad unum ſcopulum, & telum claſſem Achiuûm offendere. *Et illud:*

Erras erras. Nam exultantem te, & præſidentem tibi

Reprimunt ualidæ legum habenæ, atque imperij inſiſtent iugo.

Sumpta enim re ſimili, uerba eius rei propria deinceps in rem aliam transferuntur.

Diuiſio & Diſtinctio Allegoriæ.

Allegoria in multas partes diuiditur: quæ ſunt aut

- *Tractationis τῆς ἐργασίας: alia enim eſt*
  - *Simplex ἁπλῆ, & ſemel tantum transfigurata.*
  - *Cōmixta μικτὴ, & ſæpius informata, uel cauſa*
    - *Ornādi, quæ fit uel*
      - *Vno aliquo addito.*
      - *Pluribus figuris adiunctis.*
    - *Explicandi τῆς εἰκόνα.*
- *Rerum.*

1. *Allegoria ſimplex, & ſemel tantum figurata.*

Horat. 1. Odarum 14.

O nauis, referent i mare te noui

Fluctus, ô quid agis? fortiter occupa portum.

Quo in loco, ut ait Fabius, nauim pro repub. Fluctus, pro bellis ciuilibus. Portum pro pace & concordia uoluit Poëta intelligi.

Verg. ſine translatione in Bucol.

Certè equidem audieram, qua ſe ſubducere colles
Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo,
Vſq; ad aquã, & ueteris cõfracta cacumina fagi.
Omnia carminibus ueſtrũ ſeruaſſe Menalcam.

Hic enim non paſtor Menalca, ſed Vergilius debet intelligi. Idem Georg 2.

Sed nos immenſum ſpacijs confecimus æquor.
Et iam tempus equum ſpumantia ſoluere colla.

Quibus uerbis ſignificat ſe rem amplam & copioſam tractaſſe atq; abſoluiſſe: itaq; carmen hoc eſſe finiendum. Ibidem:

Mecœnas pelagoq; uolans da uela patenti. per nauigationem enim in hac petitione Mecœnatis intelligit fauorem.

II. Mixta, uno modo addito.

Cic. pro Milone.

Equidem cæteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum ſemper Miloni putaui eſſe ſubeundas. Niſi enim adiecisſet fluctibus concionum, eſſet, ἁπλῆ ἀλληγορία: ſed eam, ut uides proprijs uerbis miſcuit.

III. Pluribus figuris adiunctis.

Pulcherrimum id genus orationis & longè ſpecioſiſſimum eſt: in quo trium permixta eſt gratia: ὁμοιώσεως, ἀλληγορίας, καὶ μεταφορᾶς. Cicero.

Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas tam uarias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus: quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorum? Dies intermiſſus unus, aut nox interpoſita, ſæpe & perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. Collatio. Allegoria. Metaphora.

IIII. Explicatio Allegoriæ per Imaginem.

Oratores ad uitandam in hoc genere obſcuritatem ſæpe ſolent explicare ſimilitudinem. Pro Quintio. Quo fit ut ego qui tela depellere, & uulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum aduerſarius nullum iecerit. Et ſi qua in re falſum crimen quaſi uenenatum aliquod telum iecerit, medicinæ faciendæ locus non erit.

Formæ à rebus quas oſtendunt Allegoriæ.

1. Per ſimilitudinem καθ' ὁμοιότητα ſumitur allegoria ſic.

Nam cum canes funguntur officia luporum, cui nam præſidium pecuaria credemus? Vbi per canes magiſtratus, per lupos tyrannos, per pecuaria plebem intelligit.

2. Κατὰ περίστασιν: à perſona ἀπὸ τοῦ προσώπου.

Si Scipionem aut alium qui aſtutus eſt, Vlyſſem quis nominet.

A loco, & à re aliqua geſta ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ πράγματος πραχθέντος.

Cic pro Roſcio Am. Te pugna Cannenſis accuſatorem ſat bonum facit. Multos cæſos non ad Thraſimenum lacum ſed Seruilium uidimus. Quis ibi nō eſt uulneratus ferro Phrygio? Nō neceſſe eſt omnes commemorare Curtios, Marios, deniq; Mamercos: quos iam ætas à prælijs auocabat. Poſtremo Priamum ipſum ſenem, Antiſtium: quem non modo ætas: ſed etiam leges pugnare prohibebant.

3. *Ex contrario ſic ducitur* κατ' ἀντίφρασιν.

Vt ſi quis hominem prodigum & luxurioſum illudens parcum & diligentem appellet per κατάχρησιν, de qua ſupra

Tractatur ὁμοιότητι.

Si aliquem uoces bonum canem. i. magiſtratū impium.

Παραδείγματι.

Si quem impium qui patrem uerberauerit Aeneam: Intemperantem, & adulterū Hippolytum uocemus.

σχήματα τῆς ἀλληγορίας.

In allegoria oſtenditur uel

Aliud, ἄλλο ſed tamen ſimile ὅμοιον: cũ tractatur per

Similitudinem ὁμοίωμα, ἢ μεταφορὰν: cum translationes una, aut plures frequenter ponuntur à ſimplici ratione ductæ. Eamq; ob cauſam Quint. allegoriam uocat perpetuam metaphoram.

Argumentũ περίστασιν, ἢ παράδειγμα: cum aliqua ſimilitudo augendi, aut minuendi cauſa, ducitur aut à

Perſona.

Loco

Re aliqua geſta.

Contrarium ἐναντίον, per ἀρωνίαν ἢ κατάχρησιν: fit autem uel

ὁμοιότητα

παραδείγματα.

ΑΙΝΙΓΜΑ.

SVBIIciunt allegoriæ tanquam eius formas αἴνιγμα, παροιμίαν, καὶ ἀρωνίαν. Vt.n. metaphora in uerbis ſimplicibus: ita hæc orationis cõformatio partim ut ſpecies, quatenus priuata ſua forma & proprietate à cæteris ſciungitur: partim ut ge-

2. Κατὰ πρόσωπον: à perſona ἀπὸ τοῦ προσώπου.

Si Scipionem aut alium qui aſtutus eſt, Vlyſſem quis nominet.

A loco, & à re aliqua geſta ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ πράγματος πραχθέντος.

Cic pro Roſcio Am. Te pugna Cannenſis accuſatorem ſat bonum facit. Multos cæſos non ad Thraſimenum lacum ſed Seruilium uidimus. Quis ibi nō eſt uulneratus ferro Phrygio? Nō neceſſe eſt omnes commemorare Curtios, Marios, deniq; Mamercos: quos iam ætas à prælijs auocabat. Poſtremo Priamum ipſum ſenem, Antiſtium: quem non modo ætas: ſed etiam leges pugnare prohibebant.

3. *Ex contrario ſic ducitur* κατ' ἀντίφρασιν.

Vt ſi quis hominem prodigum & luxurioſum illudens parcum & diligentem appellet per κατάχρησιν, de qua ſupra

Tractatur ὁμοιότητι.

Si aliquem uoces bonum canem. i. magiſtratū impium.

Παράδειγμα.

Si quem impium qui patrem uerberauerit Aeneam: Intemperantem, & adulterū Hippolytum uocemus.

σχῆμα.

σχῆμα τῆς ἀλληγορίας.

In allegoria oſtenditur uel

- Aliud, ἄλλο ſed tamen ſimile ὅμοιον: cũ tractatur per
  - Similitudinem ὁμοίωμα, ἢ μεταφορὰν: cum translationes una, aut plures frequenter ponuntur à ſimplici ratione ductæ. Eamq; ob cauſam Quint allegoriam uocat perpetuam metaphoram.
  - Argumentũ περίστασιν, ἢ παράδειγμα: cum aliqua ſimilitudo augendi, aut minuendi cauſa, ducitur aut à
    - Perſona.
    - Loco
    - Re aliqua geſta.
- Contrarium ἐναντίον, per ἀρωνίαν ἢ κατάχρησιν: fit autem uel
  - ὁμοιότητα
  - παραδείγματα.

AINIΓMA.

SVBIIciunt allegoriæ tanquam eius formas αἴνιγμα, παροιμίαν, καὶ ἀρωνίαν. Vt.n. metaphora in uerbis ſimplicibus: ita hæc orationis cõformatio partim ut ſpecies, quatenus priuata ſua forma & proprietate à cæteris ſeiungitur: partim ut ge-

tus, quatenus alios modos ſub ſe comprehendit, ſolet conſiderari. In allegorijs autem quæ proprie ſic dicuntur, diligenter fugienda eſt obſcuritas. Etenim ex hoc genere fiũt ea quæ αἰνίγματα ἢ αἰνιγμοί, ἀπὸ τοῦ αἰνίττεσθαι nominantur. Hoc enim inter ſe diſtant: quod allegoria aperta eſt & perſpicua: enigma magnam obſcuritatem habet, & difficilimum eſt ad intelligendum. Eſt enim oratio obſcura & tecta propter occultam & latentem ſimilitudinem rerum, uerborumq́ inuolucra. i. Obſcura allegoria quæ requirit explicationẽ.

Dametas apud Verg.

Dic quib. in terris, et eris mihi magnus Apol-
Tres pateat cœli ſpaciũ nõ amplius ulnas. (lo.

Ad quod Menalcas κατ' ἀνταλλαγὴν. i. compenſatione reſpondet.

Dic quibus in terris inſcripti nomina regum
Naſcantur flores, & Phyllida ſolus habeto.

Heſiod. 1. Γεωργικῶν.

— Πλέον ἥμισυ παντός. *Quo mediocritatem uult in omnibus rebus ſeruandam eſſe.*

Apud Gellium duæ ſunt ænigmatis formæ: Ὀξύμωρον, & γρῖφος. *Oxymoron eſt ſententia ex periculo petita, hoc eſt, ita acutè & affectatè (ut inquit Budæus) enunciata: ut fatua eſſe uideatur*

Verg. 7. Aen.

Num capti potuere capi?

Cic.

Cic. Si tacent, ſatis dicũt. γρῖφος eſt ſermo tanquam reti implicitus: & argumentum nodoſum & inſolubile ἄλυτον. Talis eſt hæc ἐναντίωσις ἀνδρομαχάδης: ἀνὴρ καὶ οὐκ ἀνήρ, ὄρνιθα καὶ οὐκ ὄρνιθα, ἰδών τε καὶ οὐκ ἰδών, ἐπὶ ξύλου, καὶ οὐ ξύλου, καθημένην, καὶ οὐ καθημένην, λίθῳ καὶ οὐ λίθῳ, βάλλει τε, καὶ οὐ βάλλει. Cuius ænigmatis Plat. 5 πολιτ. meminit. Sed hoc genere nunquam aut omnino raro utendum eſt: reddit enim orationem obſcuram & uitioſam.

PROVERBIVM.

PROuerbium Παροιμία ἀπὸ τοῦ ὄιμου τὸ ὁδὸς, ὥσπερ τρίμμα καὶ παροδικὸν, dicitur. Latini etiam adagium uocatur. Eſt autem, ut Eraſmus in Chiliad. explicat, Dictum celebre, ſcita quapiam nouitate inſigne. Duo enim in eo requiruntur: τὸ θρυλλούμενον, καὶ καινότης. Ac celebritas quidem ei accedit ex oraculis numinum: ſapientũm dictis, poëta aliquo uetuſto, fabulis Tragicis & comicis, item earum argumentis, apologis, euentis, hiſtorijs, apophthegmatis, uerbo temerè dicto: morib., & ingenio gentis uel hominis, aut etiam animantis alicuius ui quadã inſigni ac uulgo nota. Sed non tantum celebratum prouerbium eſſe debet: uerum etiam ſcitum, ut aliqua ueluti nota ſecernatur à ſermone cõmuni: tale uero erit, ſi antiquitate pariter & eruditione commendabitur. Nouitatem aut res ipſa ſecum apportat, aut

figura,

figura, ut μεταφορὰ, ὑπερβολὴ αἴνιγμα, alluſio, διάλεκτος, ambiguitas, & eloquendi nouitas, & in ſum omnia τῶν γελοίων genera.

RES à quibus ducuntur.

1. *Ab ipſa re, quoties hominem ſceleſtum ſcelus appellamus.*
2. *A re ſimili. Melle dulcior.*
3. *Ab animali. Vulpe fraudulentior.*
4. *A perſonis Deorum Venere formoſior.*
5. *A perſonis fabuloſis. Neſtore facundior.*
6. *A perſonis comœdiarum. Dauo verſutior.*
7. *A perſonis hiſtoriarum. Zoilo inuidentior.*
8. *A gentibus. Pœno perfidior.*
9. *Ab officio. Milite glorioſior.*

Vt autem in epithetis: ſic in prouerbijs cauendum eſt, ne ſint ἄκαιρα & quouis in loco adhibeantur: & ne πυκνὰ nimium crebra: deniq; ne σκληρὰ nimis durè tranſlata. Tum enim Fabius præcipit προσαναπληροῦσθαι τῇ παροιμίᾳ. Mollienda enim eſt adiunctis quibuſdam loquendi formulis: quas ex Eraſmo pete. Numeratur etiã inter ſententiarũ ornamenta: quãdo pars eſt τῆς γνώμης, ſed de hac & eius tractatione alibi.

ΕΙΡΩΝΙΑ.

DVPLEX eſt εἰρωνεία: una τῆς πρόσεως, altera τοῦ σχήματος: quarũ hæc ab illa genere ipſo nihil admodum diſtat. In utroq; enim contrariũ

ei quod

ei quod dicitur intelligendũ eſt: ſpecies autem diuerſas eſſe, facile deprehendi poteſt. Nam primũ inquit Quintilianus, τρόπος eſt apertior: & quanquam aliud dicit ac ſentit, non tamen aliud ſimulat. Nam & omnia ferè recta ſunt ἀποφαντικὰ, nõ ἐποχριτικὰ, ut illud in Catilinam: A quo repudiatus, ad ſodalem tuum uirum optimum M. Marcellum demigraſti. In duobus demum uerbis eſt εἰρωνεία. Ergo etiam breuior eſt tropus. At in figura totius uoluntatis τῆς διανοίας fictio eſt, apparens magis quàm cõfeſſa. Vt illic uerba ſint uerbis diuerſa: hic ſenſus ſermoni, & ioci, & tota interim cauſæ confirmatio. Εἰρωνείαν σχῆμον in conformationibus ſententiarum tradunt, eiq; uarias formas ſubijciunt: de quibus non eſt hic differendi locus: itaq; de ea parte quæ in uerbis poſita eſt, paucis tantũ dicemus. Sed prius de ἀντιφράσει, quæ in uerbo eſt: ideoq; ad ſuperiores τῶν λέξεων modos poterat referri. Eſt enim unius uocabuli εἰρωνεία, è contrario ſignificans. Exempla ponit Diomedes: Bellum, quaſi minimè bonum: Lucus quod minime luceat: & Parcæ quòd minime parcantur. Sic furiæ Eumenides dictæ ſunt: quaſi minimè ſint mites atq; beneuolæ.

Ad hunc etiam locum παράγραμμα uidetur poſſe transferri: quod & riſum, & admirationẽ ſæpe mouet. Cic. uocat ἀμφιβολίαν. i. ambiguũ, quibus

figura, ut μεταφορά, ὑπερβολή, αἴνιγμα, alluſio, διάλλα-γος, ambiguitas, & eloquendi nouitas, & iu ſum omnia τῶν γελοίων genera.

RES à quibus ducuntur.

1. *Ab ipſa re, quoties hominem ſceleſtum ſcelus appellamus.*
2. *A re ſimili. Melle dulcior.*
3. *Ab animali. Vulpe fraudulentior.*
4. *A perſonis Deorum Venere formoſior.*
5. *A perſonis fabuloſis. Neſtore facundior.*
6. *A perſonis comœdiarum. Dauo verſutior.*
7. *A perſonis hiſtoriarum. Zoilo inuidentior.*
8. *A gentibus. Pœno perfidior.*
9. *Ab officio. Milite glorioſior.*

Vt autem in epithetis: ſic in prouerbijs cauendum eſt, ne ſint ἄκαιρα & quouis in loco adhibeantur: & ne πυκνὰ nimium crebra: deniq; ne σκληρὰ nimis durè tranſlata. Tum enim Fabius præcipit προσεπιπλήττειν τῇ παροιμίᾳ. Mollienda enim eſt adiunctis quibuſdam loquendi formulis: quas ex Eraſmo pete. Numeratur etiã inter ſententiarũ ornamenta: quãdo pars eſt τῆς γνώμης, ſed de hac & eius tractatione alibi.

ΕΙΡΩΝΙΑ.

DVPLEX eſt εἰρωνεία: una τοῦ τρόπου, altera τοῦ σχήματος: quarũ hæc ab illa genere ipſo nihil admodum diſtat. In utroq; enim contrarium

ei quod

ei quod dicitur intelligendũ eſt:ſpecies autem diuerſas eſſe, facile deprehendi poteſt. Nam primũ inquit Quintilianus, τρόπος eſt apertior: & quanquam aliud dicit ac ſentit, non tamen aliud ſimulat. Nam & omnia ferê recta ſunt ἀποφαντικὰ, nõ ὑποκριτικά, ut illud in Catilinam: A quo repudiatus, ad ſodalem tuum uirum optimum M. Marcellum demigraſti. In duobus demum uerbis eſt εἰρωνεία. Ergo etiam breuior eſt tropus. At in figura totius uoluntatis τῆς διανοίας fictio eſt, apparens magis quàm cõfeſſa. Vt illic uerba ſint uerbis diuerſa: hic ſenſus ſermoni, & ioci, & tota interim cauſæ confirmatio. Εἰρωνείαν ſχῆμα in conformationibus ſententiarum tradunt, eiq; uarias formas ſubijciunt: de quibus non eſt hic diſſerendi locus: itaq; de ea parte quæ in uerbis poſita eſt, paucis tantũ dicemus. Sed prius de ἀντιφράσει, quæ in uerbo eſt: ideoq; ad ſuperiores τῶν λέξεων modos poterat referri. Eſt enim unius uocabuli εἰρωνεία, è contrario ſignificans. Exempla ponit Diomedes: Bellum, quaſi minimè bonum: Lucus quod minime luceat: & Parcæ quòd minime parcantur. Sic furiæ Eumenides dictæ ſunt: quaſi minimè ſint mites atq; beneuolæ.

Ad hunc etiam locum παράγραμμα uidetur poſſe transferri: quod & riſum, & admirationẽ ſæpe mouet, Cic. uocat ἀμφιβολίαν. i. ambiguũ, quo-

gis

nis uerbi in aliud atq; cæteri accipiant, ducitur. Tale eſt illud Veſpæ Terentij in Titium, qui cũ ſtudioſe pila luderet: & idem ſigna ſacra noctu frangere putaretur, gregalesq; eum in campum non ueniſſe requirerent, excuſauit eum Veſpa, quod eum brachium fregiſſe diceret. Hoc non ad laudandum, ſed ad uituperandum pertinebat.

Cic. pro Roſc.

Niſi ijdem ſectores ſint collorum ac bonorũ.

Idem in Verrem lib. 7.

Iſte autem homo uenerius, & affluens omni lepôre, & uenuſtate, de bonis illius in æde Veneris argenteũ Cupidinem poſuit. Et pro L. Flacco. Quoniam te nudus delectarat: ſemper nudum eſſe uoluiſti.

Εἰρωνεία in uerbis coniunctis.

Cic. Quod C. Verres Prætor urbanus, homo ſanctus & diligens, ſub ſortitionem eius in eo die non haberet. Reliquæ εἰρωνείας formæ ſunt, quas Grammatici numerant.

1. Σαρκασμός.
2. Ἀστεϊσμός.
3. Μυκτηρισμός.
4. Χαριεντισμὸς, ὃ σχῆμα.

Et eæ quas Rhetores adijciunt, ut ſunt.

5. Ἀντίφρασις.
6. Διασυρμός.

7. χλευασμὸς ἢ ἐπικερτόμησις.
8. Ἐξουθενισμός.
9. Ἀπόφασις.
10. Πρόσαξις ἐρωτικῶς.

Sed quia hæc genera in dicendi ratione plenè tractanda ſunt: & ut dixi, pleraq; rerum ſunt ex his ornamenta: ideo paucis tantum adiectis exemplis ea declarabimus.

Verg. 2. Aen.

Cui Pyrrhus: referes ergo hæc & nuncius ibis
Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta
Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

Idem in Eclog.

Qui Bauiũ non odit, amet tua carmina Mœui,
Atq; idem iungat uulpes & mulgeat hircos.

Perſius.

—Non ego curo
Eſſe quod Arceſilas.

Terent.

Euge bone uir. Et.

Bona uerba quæſo. Cum Dauus [illegible] *piſtrinum deprecaretur.*

Cic. in Clodium.

Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, uita anteacta ſeruauit.

Idem;

Quid

Quid adhæc Næuius? ridet ſcilicet noſtram amentiam, qui in uita ſua rationem ſummi officij deſideremus, & inſtituta bonorum uirorum requiramus. Vergil.

Meq́; timoris
Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit.

Cic. 2. Philip.

Nam quod quærebas quomodo rediſſem: prima luce, non tenebris: deinde cum calceis, & toga nullis caligis, nec lacerna.

Cic.

Ne illa quidem teſtimonia recito, quæ dicta ſunt de ſextertijs ſeptingentis milibus.

Verg. Aen. 7.

I nunc, ingratis offer te irriſe periclis,
Tyrrhenas i ſterne acies, tege pace Latinos.

CIRCVITIO.

CIRCVITIO περίφρασις, quam Quintil. uerborum circuitum, & circumlocutionem uocari ſcribit, eſt cum pluribus uerbis id quod uno aut certè paucioribus uocabulis dici poteſt, aut decoris, aut neceſſitatis cauſa explicatur. Vel, eſt oratio rem ſimplicem aſſumptam circumſcribens elocutione: & longiore ambitu uerborum. Omnis enim res aut ſimpliciter dicitur ἁπλῶς καὶ κυρίως. uel quadam circuitione περιφράσει.

Διάφερον

Διαίρεσις περιφράσεως.

- In περιφράσει ſpectantur
  - Formæ: fit enim aut
    - Dilatatione ἐπικτάσει. i. uel
      - Nominis explicatione ἐτυμολογίᾳ.
      - Rei definitione ὅρῳ.
    - Aſſumptione προσλήψει extrarearum rerũ
      - Paucarũ: cũ pro nomine proprio ponitur
        - Patria
        - Secta.
        - Facinus
      - Plurium, per Notationem ὅρον ἐννοηματικόν, cum notis & ſignis quibuſdam accidentium rem aliquam deſcribimus.
  - Cauſæ
    - ἀνάγκη.
    - κόσμος οὗ ἐγγύς.

Quid adhæc Næuius? ridet ſcilicet noſtram amentiam, qui in uita ſua rationem ſummi officij deſideremus, & inſtituta bonorum uirorum requiramus. Vergil.

Meq́; timoris
Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit.

Cic. 2. Philip.

Nam quod quærebas quomodo rediſſem: prima luce, non tenebris: deinde cum calceis, & toga nullis caligis, nec lacerna.

Cic.

Ne illa quidem teſtimonia recito, quæ dicta ſunt de ſextertijs ſeptingentis milibus.

Verg. Aen. 7.

I nunc, ingratis offer te irriſe periclis,
Tyrrhenas i ſterne acies, tege pace Latinos.

CIRCVITIO.

CIRCVITIO περίφρασις, quam Quintil. uerborum circuitum, & circumlocutionem uocari ſcribit, eſt cum pluribus uerbis id quod uno aut certè paucioribus uocabulis dici poteſt, aut decoris, aut neceſsitatis cauſa explicatur. Vel, eſt oratio rem ſimplicem aſſumptam circumſcribens elocutione: & longiore ambitu uerborum. Omnis enim res aut ſimpliciter dicitur ἁπλῶς καὶ κυρίως. uel quadam circuitione περιφράσει.

Διαίρεσις

Διαίρεσις περιφράσεως.

- In περιφράσει ſpectantur
  - Formæ: fit enim aut
    - Dilatatione ἐπεκτάσει, i. uel
      - Nominis explicatione ἐτυμολογίᾳ.
      - Rei definitione ὅρῳ.
    - Aſſumptione προσλήψει extrarearum rerũ
      - Paucarũ: cũ pro nomine proprio ponitur
        - Patria
        - Secta.
        - Facinus
      - Plurium, per Notationem ὅρον ἐννοηματικόν, cum notis & ſignis quibuſdam accidentium rem aliquam deſcribimus.
  - Cauſæ
    - ἀνάγκη.
    - κόσμου ἢ ὄγκου.

P

I. DILATATIO.

1. Primum fit periphraſis ἐτυμολογίᾳ cum nominis ſignificationem explicamus.
Philoſophus—ſtudioſus ſapientiæ.
Dialectica— Diſſerendi ratio.

2. Definitione.

Rhetorica – Benè dicendi ſcientia.
Fortitudo—uirtus pugnans pro æquitate.

II. Aſſumptio paucarum rerum.

3. Patriæ—Mantuanus Poëta, pro Verg.
Sectæ—Peripateticæ ſcholæ princeps, pro Ariſtotele.
Facinoris—Euerſor Carthaginis & Numantiæ, pro Scipione. Horat. Troiani belli ſcriptorē, Maxime Lòlli, Dum tu declamas Romæ, Præneſte relegi: Qui, quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid nō, plenius et melius Chryſippo & Crantore dicit. Hic aſſumitur accidens Homeri.

4. Aſſumptio plurium rerum.

Cum notis & ſignis quibuſdam rerum fortuitarum rem aliquam deſcribimus. Vt Bilis efferueſcit: pallet uultus: ardēt oculi: tremor membra occupat. Pro irato. Eſt etiam illa hic in perſonæ deſcriptione uarietas, quod uel nomen eius exprimitur: uel ita deſcribitur ut facile queat intelligi de qua oratio ſit inſtituta.

Perſonæ & rei expreßio.

Scipionis prouidentia Carthaginis opes fregit. pro Scipione & Carthagine ornandi ratio eſt adhibita. Sed hoc exemplum paucis uerbis eſt tractatum: pluribus & uerbis & rebus illud.

Hom. Ὀδυσ. α.

Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.
Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα, ὃν κατὰ θυμὸν
Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν, καὶ νόστον ἑταίρων.

Et illud apud huius imitatorem
Vergilium Aen. 1.

Arma uirumq; cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lauinaq; uenit
Littora. Multũ ille & terris iactatus & alto,
Vi ſuperum, ſæuæ memorem Iunonis ob iram:
Multa quoq; & bello paſſus dum conderet urbẽ:
Inferretq; Deos Latio, genus unde Latinum,
Albaniq; patres atq; altæ mœnia Romæ.

Vt enim Homerus ſuum Vlyſſem: ſic Vergilius ſuum Aeneam non quidem nominat: tamen ita deſcribit rerum & ſignorum aſſumptione, ut quem uterq; uelit intelligi, facile appareat. Verũ hæ περιφράσεις *magis ad* σχήματα διανοίας, *quã ad tropos ſpectare uidentur. Sed tamen recte etiam hic & utiliter poſſunt conſiderari.*

CAVSAE Circuitionis.

Cauſæ τῆς περιφράσεως ſunt duæ:

- Neceßitas ἢ ἀνάγκη: quoties
  - Turpia & obſcœna, αἰσχρολογίας uitandæ cauſa, operit.
  - Alicui rei nullum extat nomen. Vt fit ſæpe in conuertendis Græcis.
- Ornatus & orationis copia κόσμος, καὶ ἔγγος ὅταν λόγος ἀντ' ὀνόματος ληφθῇ. Eius uſus eſt apud
  - Poëtas frequentiſsimus.
  - Oratores non rarus, ſemper tamen aſtrictior.

Primum itaq; fit περίφρασις tegendi, quæ ſordida & deformia ſunt, gratia.

Salluſt.

Ad requiſita naturæ.

Verg. Aen. 8.

–Placidumq; petiuit
Coniugis effuſus gremio per membra ſoporem.

Deinde ornandæ rei quæ pulchra eſt, cauſa: ut breuitatem ſplendidè producat.

Idem in 4.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras.

Tithoni croceũ linquens auroræ cubile. i. Sol uel dies incipiebat oriri & luceſcere.

Et in 2.

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit & dono diuûm gratiſſima ſerpit.

Differt à pronominatione: quòd in ea ſimplex uerbum ſimplici propriè commutatur: in circuitione uero unum pluribus explicatur & circumſcribitur. Verum hæc ut cum decorem habet, περίφρασις: ita cum in uitium incidit, περισσολογία dicitur.

SVPERLATIO.

SVpereſt adhuc ὑπερβολή quæ latine dicitur exſuperatio, & ueritatis ſuperlatio. Et uerba ὑπερβαλλόμενα quæ incredibiliter tolluntur, Cic. ſuperlata nominat. Eſt igitur ſuperlatio oratio ſuperans ueritatem alicuius augendi, minuendiue cauſa. Nam ſupra fidem rem eam quam magnam, aut paruam uideri uolumus, amplificat, aut extenuat. Itaq; duobus tractatur modis: τῷ αὐξῆσαι, καὶ μειῶσαι. Sed amplificatio duplex eſt: uerbi cũ augendæ rei gratia uerbum atrocius loco proprij ſubijcitur: & rerũ atq; orationis: in qua alia inſtituitur diuiſio. Omnis enim ὑπερβολή aut eſt nuda & ſolitaria ἁπλῆ: aut coniuncta σύνθετος: quæ eſt uel μεταφορική, uel ἐμφατική, uel συγκριτική, uel ἀμφίδοξική, uel deniq; διπλῆ. Quæ diminutionem ha-

bet, ὑπερβολὴ μειωτικὴ .i. extenuatio incredibilis pa‑ catur, de qua poſtea.

ΑΥΞΗΤΙΚΑΙ ὑπερβολαί.

Cum plus facto dicimus: ut, Vomens, fruſtis eſculentis gremium ſuum, & totum tribunal impleuit. Cic. Verg. — Geminiq; minantur in cœlũ ſcopuli.

1. αἱ κατ' αὔξησιν λέξεως.

Vt cum exanimatum eum dicimus, qui dolore eſt affectus. Mutum, qui nihil reſponderit. Enecare pro moleſtum eſſe, occidere pro uexare.

2. *Simplices & ſumptæ ſeparatim.*

Ad Herenn.

Quod ſi concordiam retinebimus in ciuitate. imperij magnitudinem ſolis ortu atq; occaſu metiemur. Nudæ etiam ſunt, quæ fiunt ἄνευ τῆς μεταφορᾶς: *ut eſt hæc in Verg.*

— Vix oſſibus hærent.

3. Μεταφορικαί: *quæ in ipſis tranſlationibus conſpiciũtur. Iugulare aliquẽ iudicio, non accuſare.*

Item:

Illa uel intactæ ſegetis per ſumma uolaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.

Suntq; hæ traiectiones inſignes εὐδοκιμοῦσαι, *ut ſcribit Ariſt.*

Huc pertinent ea quæ adhibentur per ſimplicem denominationem: ut ſi rem uehementer ſuauem,

mel

mel aut nectar, appelles: Vehementer acerbũ, fel.

4. Εἰκαστικαὶ, imagine tractatæ, i. κατ᾽ εἰκασμόν.

Vt ſi quis eloquentiſſimum hominem alterum Ciceronem: ſeueriſſimum, tertium Catonem nominet. 5. Αἱ κατ᾽ ἀνδρισμασίαν.

Vt, ſi quis crudeliſſimum hominem Atreum appellet. 6. Υπαλλακτικαί.

Vt, ſi hominem ſupra modũ, ſenem, ſeniũ ipſum nomines. Vehementer ſceleſtum, ſcelus. Pernicioſum, peſtem: Vitioſum ſentinam: portentuoſum portentum: Dedecoroſum, dedecus: Virulentum, uiperam: Valde deformem, Therſitem.

7. Συγκριτικαὶ: quæ ſumuntur cum comparatione, idq́ aut à ſimilitudine, & dicuntur αἱ καθ᾽ ὁμοίωσιν, ἢ ὁμοιωτικαὶ: ſunt enim rerum ſimilium & parium: aut à præſtantia ἀπὸ τῆς ὑπεροχῆς, quæ eſt in rebus diſſimilibus & imparibus: ut ſunt maiora & minora.

Ὁμοιωτικαὶ καὶ αἱ τῶν ἴσων: cum per ſimilitudinem attollimus.

Corpore niueum candorem, aſpectu igneum ardorem aſſequebatur.

—Credas innare reuulſas Cycladas.

Αἱ τῶν ἀνίσων πραγμάτων.

Ex cuius ore ſermo melle dulcior profluebat.

Et tantus erat in armis ſplendor: ut ſolis ful

gor. obſcurior uideretur. Et:

—Fulminis ocyor alis.

Sed hæ per cōparationem παράθεσιν traiectiones uarijs ſumuntur modis: aut à re quapiam ſimili & eximia: ut, pice nigrior. Hedera formoſior alba. Aut à nomine abſtracto, ut Dialectici loquuntur: eadem uoce κατὰ σύστοιχα iterata: ipſa moroſitate moroſior: ipſa ſtultior ſtultitia. Aut ab animante inſigni: piſce ſanior, aut à perſona inſigni: ut Phalaride crudelior. De quibus etiam in prouerbijs dictum eſt.

8. Σημειωτικαί: quibus rem aliquam ſignis quaſi quibuſdam attollimus.

Illa uel intactæ ſegetis per ſumma uolaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.

9. Διπλαῖ ὑπερβολαί: creſcit enim aliquando ſuperlatio, alia hyperbole ſuperaddita.

Cic. in Antonium

Quæ Charybdis tam uorax? Charybdim dico, quæ ſi fuit, fuit animal uiuum. Oceanus medius fidius uix uidetur, tot res, tam diſsipatas, tam diſtantibus in locis poſitas, tam cito abſorbere potuiſſe. ΜΕΙΩΤΙΚΑΙ ὑπερβολαί.

Hæc ſunt ferè genera augendi: nec pauciora ſunt minuendi: quæ tamen ex ſuperioribus intelligi poſſunt. Verg. —Vix oſſibus hærent. Teſtudine tardior. Leuior folio.

VSVS τῶν ὑπερβολῶν.

Superlationes plurimum conducunt ad orationis copiam atq; ubertatem ὄγκον: feſtiuitatem ἀστειότητα, ut ſcribit Ariſt. 3. Rhet. & poſt hunc Cic. 2. de Orat. Ad illuſtrationem ἐνάργειαν: deniq; ad fidem & probationem πίστιν, καὶ ἀπόδειξιν. Hisq; uti decet iuuenes, adulatores, homines leues, mulieres, & perturbatos; aut conſtitutos in dolore. Oratoribus etiam in amplificatione, & indignatione iracundiaq;, cõceduntur. Sed, ut in cæteris rebus: ita quoq; in his quæ minuendi, uel augendi cauſa ad incredibilem admirationẽ efferuntur, ſeruandus eſt modus Quamuis enim omnis hyperbole ultra fidem eſt: tamen non debet eſſe ultra τὸ μέτριον. Sed de modificationibus quidẽ cum ſingulorum, tum coniunctorum uerborum, ſatis a nobis in hoc tempore ſit explicatum: quarum in legendo obſeruatio, & in ſcribendo uſurpatio, ſtudioſis doctrinæ literarum, ac eloquentiæ, magnas & ad intelligendũ & ad imitandũ commoditates apportabit.

DE VITIIS Orationis.

QVEMadmodum tres præcipuæ ſunt orationis bonæ & diſertæ uirtutes, quæ à Græcis ἀρεταὶ καὶ ἰδέαι nominantur: prima puritas καθαρότης, i. Latinitas, uel ἑλληνισμὸς: altera

εὐκρίνεια perſpicuitas atq; elegantia: tertia κόσμος ἢ ὄγκος καὶ ἐνάργεια: ſic tria his contraria à Quintiliano & Diomede præcipua ac generalia numerantur uitia ἁμαρτήματα, quæ non in rebus, quarum peccata à Dialecticis & Philoſophis demonſtrantur: ſed in uerbis, eorumq; continuatione & quaſi ſtructura, uerſantur et cōſiſtunt. De quibus quoniam apud illos quorum memini, extant præcepta, atq; exempla, ſuperuacaneum erit diſſerere. Nos tamen ea enumerare, in hoc loco, ut ea ſcholaſtici ueſtigare & cognoſcere poſſint, non grauabimur.

Tria igitur ſunt in oratione uitia	Βάρβαρον, non Latinum.
	Ἀσαφὲς obſcurum.
	Ἄκοσμον Inornatū atq; incomptū.

DE BARBARO.

BARbarum in tria genera diſtribuitur: βαρβαρισμὸν, βαρβαρόλεξιν, & Σολοικισμὸν: quorum primum uerſatur in ὀρθογραφίᾳ & προσῳδίᾳ: alterū in ἐτυμολογίᾳ: poſtremum in Συντάξει. Eſt autem βαρβαρισμὸς, uerbum contra latini ſermonis præcepta uitioſè ſcriptum, aut pronunciatum. Vitioſe ſcribitur adiectione προσθήκῃ: immutatione παραλλαγῇ & tranſpoſitione μετακινήσει. Idq; aut literæ,

re, aut ſyllabæ, aut temporis, aut toni. Priores duæ formæ in tribus inueniuntur locis: in prima parte dictionis eſt πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις: in media ἐπένθεσις καὶ συγκοπή: in ultima, παραγωγὴ καὶ ἀποκοπή: Pronunciationis τῆς προφορᾶς καὶ προσῳδίας uitia ſunt partim literarum: uti ἰωτακισμοί, λαβδακισμοί, μυτακισμοί: partim oris atq; linguæ: ut πλατειασμοί, καὶ κοιλοστομίαι. Solœciſmus admittitur Immutatione generum nominis & pronominis: caſuum: Numerorum: Perſonarum: Temporum. Qualitatis uerborum: Modorum: Aduerbiorum: Geminatione negationis: & præpoſitionibus: & gradibus quaſi comparandi.

GENERA OBSCVRI.

OBſcurum conſiſtit in uerbis ſingulis, & eorũ collocatione, atq; tractatione. Eius genera ſunt hæc: Ἄκυρον ἢ ἀκυρολογία: Πλεονασμός: Περισσολογία: Ταυτολογία: Ὁμοιολογία: Ἀμφιβολογία: Ἔκλειψις: Περιεργία: μακρολογία: Βραχυλογία ἢ σωματοποιΐα: καὶ Ὑπερβατόν

DE INORNATO.

AKοσμον uocatur quando aut ordo quaſi turbatus eſt orationis, & ἄτακτον ἢ κακότακτον dicitur: aut quando uerbis ſua abeſt dignitas atq; elegantia ἀξίωμα καὶ κάλλος. Huc referuntur Ταπείνωσις:

ταπείνωσις: μείωσις, κακέμφατον ἢ κακόφατον, ἢ αἰσχρολογία: Κακόζηλον ἢ κακοζηλία: Ἀσχημάτιστον: Ποικιλολογία: Βομφιολογία: Ἀσιατισμός: Κακοσύνθετον: Ἀνοικονόμητον: καὶ ἄῤῥυθμον. *Sed de his inquã uitijs hic nihil trademus: Quia ut Dialectici quid in rebus, ſic Grammatici & Rhetores quid in uerbis ac collocatione eorum non ſit conſequens, præceperunt. Nos quoq; libro priore nonnulla tractauimus: & quatenus ijs Poëtæ alijq; probati ſcriptores uſi ſint demonſtrauimus. Tum enim uitia ſunt. i. Barbariſmi, & Solœciſmi: cum temerè atq; ignoranter à quouis in ſcribendo adhibentur.*

(∴)

FINIS.

ERRATA:


*In quibus unum poſt codicem punctum pri-
mam folij faciem, duo uero tranſuer
ſa ſecundam notat.*

Codice *A. folio 6. linea 11. lege* ἤδει, & ἰσοι- ϛὸ. *A 7., lin. 21* ἐπὶ *C. 3. l. 14. accepti. Ibi- dem lin. ult. poſt cõmutauit, interpone: ut ſubegit, ſummouit. C 6. li 13. interpone: Sed de illa in ra- tione dicendi. Altera dicitur* γραμματικὴ καὶ συντα- κτική, *in qua conſequens alteri tantum parti re- ctè poteſt applicari Eſt enim unius uerbi uel ad- iectiui propiori in antecedẽte reſpondẽtis ad plu- ra diuerſaq; ſubſtantiua accommodatio. Nam hic conſequens cum uiciniore antecedentis mem- bro &c. Ibidem lin ult. Quapropter non ut in comprehenſione: ita & hic, &c. C 8. l ult. Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; &c. D. 3. l. 22. interſere: Syllepſis rerũ animatarũ. Ouid. Mulciberis capti, Marsq;, Venusq; dolis. Et Verg 7. — Cæſosq; reportant Almonẽm puerũ fœdatiq; ora Galeſi Nam in his maſculinum ge- nus, nempe præſtantius, ſubſe fœmininum & neu- trum complectitur. F 6. l. 10. lib. 3. de Nat. Deo- rum F. 7. l 3 conformantur. G 6. l. 10, obſerua- bam H. 2. l. 3. Et pudore* τῷ ἀγχίνῳ, *ſic: I. 7. l. 1. Herebi K. 1 l. 10. pro copulatiua K. 8. l. 8. nun- ciatur L. 2. l 24 Que L 4. l. 21. Cui tantum de te licuit, pro inte. L. 5. paginam b. ad L. 6. ſe- quentem*

*quentem refer, & contra hanc faciem ad illius lo-
cum, ſunt enim tranſpoſitæ. M.4.·l. 24· imme-
diataq; ·N.2..l.1. ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ προτάσει. N.5 ··l.
19. poſt ornatè, interpone, diſtinctè. N·6·l.24·
lege: Qua poſt, &c. ut deleas. Id quod. N.7..l.22
πειάλλει. N.8.l·9. non obſcura. O·6..l.23. Inci-
ſa extra periodum. O 8..l.13. pro idq;, ideſt. Ibid.
l.20. comprehendunt. Q.1.l.23· δεῖ μεταφέρειν. Q.2
l.3. ὀνομάς: Q 5.l.6. geometrica. Q·6..l 14. πο-
ποιημένα. Et ibid·l.17. ὁμολογεῖ πράγματα. Q.8.l·21
in octauo. R..1·. l·25. ἀκόντες ῥητορικαί. R..5.l.ult.
memoriæ· S.6..l·2. reprehenduntur. S.8..l·15.
IMMVtatio. τὰ &c. T.1.l.22. ἄχρηστα· Ibid.
pag.b.l·20. ἡ ὑπερβολή. T.6..l.ult. Vtraq; T.4.
l·26· præſidio·l.21. Latinè. pag. b.l.2· in ſumma.
T·7·l.22. parcant·*

ARGENTORATI
*per VVolfgangum
Cephalæum.*

ANNO
1549.


Vu
C